UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
WUPPERTAL

BERGISCHE
UNIVERSITÄT
WUPPERTAL

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Avctores Latinae Lingvae In Vnvm redacti corpvs

### Godefroy, Denis

### [Genevae], 1585

Notae in Marcum Terentium Varronem De lingua Latina

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-85

Visual Library

# NOTAE IN MARCVM TERENTIVM VARRONEM DE LINGVA LATINA.

## LIBER PRIMVS.

DE LINGVA Latina ad M. Tullium Ciceronem liber quartus. Alij legũt, De lingua Latina, de diſciplina originum verborum ad Ciceronẽ incipit liber primus. Poteſt ita legi, M. Terentij Varronis de lingua Latina liber quartus, qui eſt de verborum originibus ad Ciceronẽ liber primus. Quam lectionẽ auſim pro vera affirmare. Conſtat enim omne opus de lingua Latina in tres partes à Varrone diſtributum, Etymologicen, Declinationem & Syntaxin: duáſq; poſteriores partes ſeptimo, ac deinceps, libris explicari. Primã verò, eámque bipartitam, ſex libris contineri, quorum tres priores P. Septimio quæſtori: poſteriores Ciceroni inſcripti. Illos quidem, de diſciplina originis fuiſſe, in queis ſingulis per ſe libris, quæ contra etymologiam, quæ pro Etymologia, quæ ad eius formam pertinerent à Varrone diſputantur. Hos autem de verborum origine fuiſſe, quibus quæ vocabula locorum ac temporum ex ſcriptis veterum qui proſa oratione ſcripſerunt, excerpta eſſent, quarto & quinto: vt & ſexto, earundem affectionum vocabula ex poetarum libris ſelecta, Varro explicauit. Ac proinde hic liber quartus eſt de lingua Latina: primus autem de verborum originibus.

*A pertendendo*] cur non potius à pertineo, pertinaciam, quàm à pertendo, declinat. cùm à teneo tenaciam dicamus. Plautus Captiuis, Tenáxne eius pater? PH. Imò epol pertinax. Ea fortaſſe ratio eſſe poteſt, quòd plerunque pertendere ſignificat idem ac pertinacem eſſe, vt apud Terentium Eunucho act. 1. Scen. 1. Pertendens gnauiter: Propertium, pertendens animo. Cæterùm vt à peruicacia differat pertinacia, vide Nonium in Peruicacia.

*In quo non debet pertendi*] ac proinde Nonio Peruicacia, interdum bonarum rerum perſeuerantia: Pertinacia, ſemper malarum dicitur. Gloſſis pertinax φιλόνεικος, φίλερις, δυσέριστος καὶ φιλέριστος. Gloſſis meis manuſcriptis impudens, obſtinatus, durus. tametſi pleriſque, vt & eædem gloſſæ teſtantur, Pertinacia ſit idem, quod perſeuerantia. vnde Gloſſis excuſis Pertinacia ἐγκράτεια, φιλονεικία.

*At pertendit*] pertenditur. Vertr. id Græci ὑποδιατείνεσθαι. Gloſſæ manuſcriptæ imminere: ego verò, immorari.

*Scrutantur*] ſcrutamur.

*Περὶ σημαινομένων*] id eſt de ſignificationibus.

*Quaſdam*] quædam.

*Cuncta*] alij, certa: non neceſſarió. Cuncta enim hic, integra, non mutila, non mutata.

*Vt hoſtis*] idem penè Cicero 1. offic.

---

### COLVMNA 4.

*Vetuſtas non pauca deprauat*] Vetuſtas interdum etiam ſumitur pro diuturnitate temporis in futurum. Cicero, hoc nulla vnquam vetuſtas obruet.

*Non pauca deprauat*] pauca non deprauat. T. id eſt pauca retinet integra.

*Fugitiua ſedulitas Mutij & Bruti retrahere nequit*] Sic Terentius, fugitiuum retraham argentum: & Varro 1. de re ruſtica, Fugitiuarius, qui fugitiuos ſequitur, vt retrahat. adde quæ ſcripſi ad legem 18. in verbo fugitiuarius, ff. de præſcriptis verbis.

*Non ſi non potuero*] non ſi potuero. T.

*Si quiuero*] ſi quæro, alij ſi quiero.

*In tramitibus*] intrantibus.

*Poſſent*] poſſint.

*Propter bis quaternas cauſas, &c.*] alij, propter quaternas cauſſas: alij, propter has quatuor cauſſas: alij, propter ternas cauſſas: alij, propter has quaternas cauſſas. Vertranius Maurus hanc vocem, Commutationem, de-

lendam exiſtimat hoc loco, artationis ſeu arctationis vocabulo correptionem dictionis intelligens Turnebus putat mutationem vocabulis accidere vel litterarum, vel ſyllabarum cauſa. Eam, quæ ex litteris accidit mutationem, quadrupliciter fieri, demptione, additione, artatione, commutatione. Quę in ſyllabis, productione, demptione, additione, artatione: atque ita, non malè hîc legi, propter bis quaternas cauſſas. Qua forma libro 7. infrà, libros faciam bis ternos. Verùm propiùs conſideranti, locus deprauatus ita reſtituendus mihi videtur. Propter has quinque cauſſas, litterarum enim, item ſyllabarum fit demptione aut additione: & propter earum artationem, productionem aut commutationem. Nam Fabius libro 1, has quinque mutationis cauſſas in vocabuleis enumerat. Si corripiantur, ſi porrigantur, ſi quid illis adiiciatur, ſi detrahatur, ſi permutentur litteræ vel ſyllabæ. Dicam apertius: dictiones ſingulas maximè mutari, ſi littera vel ſyllaba illis vel adiiciatur, vel dematur, vel ex vno loco in alium mutetur. Vel ex breui longa: vel ex longa breuis, efficiatur. Totidem enim mutationum cauſſæ accidunt.

*Artationem*, attractionem. Ita veteres legunt, ſuperfluè: cùm attractio literæ vel ſyllabæ nihil aliud ſit, quàm vel litteræ vel ſyllabæ additio, de qua immediatè dictum eſt. Proinde Vertranius legit, arctationem, eo vocabulo ſyllabæ potiùs quàm litteræ correptionem intelligens. Tametſi interdum artare ſignificet replere, vt apud Ciceronem pro Rabirio. Vt econtrario Anguſtum, idem quod plenum ac denſum, apud Tibullum. Turnebus verò tractationem legit, ídque interpretatur traiectionem & trāſpoſitionem. Alij alternationem: alij alterationem legūt. Ego excuſæ nihil neceſſariò mutandum cēſeo.

*Idem enim artū quòd arctum*] Artationi productionem ac latitudinem opponit.

*Heic commorandum eſſe modo non putari*] hic admonendum A. commonendum V. & S. cōmemorandum, Ver.

*Expediam*] expendam.

*Quatuor explicandi gradus* &c.] quatuor explicandi gradus. Infimus in quo &c.

*Aeriſodinæ*] Aurifodinæ. V. Areſodinæ M. S. Cretifodinæ. M. S.

*Viocurrus*] Vnoculus, malè. legendum eſt, viocurus. Significat autem viarum publicarum curatorem, de quo in l. 2. in fin. ff. de cloacis. Paulus 5. ſentent. 6. §. 2. qui publicis operibus procurat l. 2. §. 17. ff. Ne quid in loco publico: l. 2. ff. de via publica.

*Confinxerit*] quod finxerit.

*Rudentiſibilus*] in epiſtola Cœlij legitur Rudentum ſibilus: malé. Rudentiſibilus enim Pacuuius ita confinxit, vt alibi Curuifrontem: vt & Lucillius Repandiroſtrum, Cortinipotentem, Hippocampelephantocamelos. Laberius reciprocicornem, lanicutem, veſtitrahum, & Ariſtophanes innumera huiuſmodi.

*Incurnicerуicum pecus*] idem apud Quintilianum 1. c. 10.

*Chlamyde contorta clupeat brachium*] Verba Pacuuij in Hermiona. Apud Nonium legitur clypeat: pro quo Liuius dixit paludamēto circum læuum brachium impetum facit. Eſt autem hîc obiter notandum peregrināte, chlamydem ſumere ſolitos. vide Plaut. in Mercatore.

*Philoſophia aſcendens*] deſcendens.

*Vbi eſt aditus & initia regis*] aditus ad initia rei A. alij, aditus & initia regiæ. Turnebus ita, Et initia regis, eo ſenſu, qui ad quartum gradum peruenerint, ij reges fuerint. Nam & ita Horatius, Rex eris, ſi rectè facies. Auſon. erit rex, qui faciet rectè. Plautus, Rex ſum ſi illum attigero.

*Scientiam ad opinionem aucupabor, quod etiam nonnunquam* &c.] id eſt, quid opiner, dicam. Nam in noſtra valetudine opinionem interdum medici ſequi ſolent.

---

COLVMNA 5.

*Secundum non præteribo*] ſecundum præteribo, vel eo ſenſu: Si gradum ſummum nō aſcendo, tamen ſecundum prætergrediar. Turnebus verò ſic: Non ſolùm ad Ariſtophanis & Cratetis Grammaticorum lucernam hoc elucubro, ſed ad Cleanthis, qui fuit Philoſophus: quaſi diceret, non modò vt grammaticus, ſed vt philoſophus has verborum origines expediam. Solebant enim philoſophi, maximè Stoici, ad ineptias vſque verborum origines enucleare. Quod cùm Cicero faciebat, dicebat ſe Stoicorū ineptias imitari. Huic interpretationi fauet quod ſequitur in M. S. Volui præterire eos, qui poëtarum modo verba, vt ſint ficta, expediunt.

*Volui præterire eos*] Volui præterire eos M. S. T. Hoc enim vult Varro, ſe voluiſſe vltra quoſdam grammaticos progredi, qui nuda ac ſola poetarum verba, vtcunque ſint ficta, expediunt. Vnde mox adiicit, ſe non tantùm in Ennij verba (Ennij vocabulo veteres poetas intelligens) ſed & antiqua ac priſca à Latini etiam regis temporibus deducta, inquiſiturum. Neque probo quod quidam hîc accipiunt poetarum modo, pro poetarum more.

*Expediunt*] expendunt.

*Non enim videbatur cōſentaneū, quærere me in eo verbo, quod finxiſſet Ennius, cauſam negligere quod antè rex Latinus feciſſet*] Ennius, cauſari: negligere &c. Scal. Si ita eſt, τὸ quærere etiam,

tiã, vt ſuperfluũ, diſpungendũ eſt, ſed excuſſæ vt apertæ ſatis, nihil mutandum cenſeo: ait enim Varro, non eſſe conſentaneum poeticorum tantùm verborum origines ſcrutari, priſcorum verò originationem negligere.

*An non potiùs mea verba*] An non potiùs vſitata verba.

*Obliuia* ]id eſt obſoleta, ignota, quorum Latini obliuiſcebantur.

*De oblineis relinquam quorum partem, cùm ita inuenerim, vt opinor, ſcribam.* ]partim, quo ita inuenerim, ita opinor, ſcribã. T. ita reſtituo, De oblineis reliquam eorum partem, cùm ita euenerit, vt opinor, ſcribam, Vt hoc Varro velle videatur, obliuiorum verborũ quædam nõ omnino ac penitus obliuia, ſed quaſi. de his, prout res ita ac ſermo tulerit, etiam ex ſui ingenij ſententia quædam dicturum: alia, prætermiſſurum: at non illa quæ etſi rarò, ſunt tamen in vſu aliquo.

*Pythagoras*]V. Ariſtot. Ethic. & Phyſic.

*Initia*]Principia. A.

*Vt omnia ferè*] vt adeò feré. A.

*Quin fuerit motus*] quin fuerint motus. MS. T.

*Eius enim interuallum*] eius annuum interuallum MS. T.

*Initiorũ quadrigæ*]quadrigas, quadripartitionem per tranſlationem vocat. Propriè quadriga Gloſſis τέθριππον quadrigum τετράζυγον quadrigæ τετραπωλία.

*Quare quattuor*] Quare quod quattuor A.

*Quatuor genera rerum, totidem verborum.*] Idem Varro lib. 20. rerum humanarum (vel vt ibidem quidam legunt Rhetoricorum) apud Nonium in Quadrifariam, quæ ad mortales pertinent, quadrifariam diſpertierim, in homines, in loca, in tempora, in res.

*Horum enim*]harum enim MS. Vtrunque mendoſè A. niſi legas, minimum horum.

*De his locis*]de quibus locis MS. T.

*Sed quæ*]ſi quæ.

*Quæ radices*]quod radices.

*Fines ſuas*]fines ſuos.

*Sæpe enim ad limitem arboris radices, ſub vicini prodierunt ſegetes* ] vel, ſub vicinas protriuerunt ſegetes: vel ita, arboris radices ſubuicinæ protriuerunt ſegetes. arbores dixit vel radices ſubuicinas proterere plerumque ſegetes alterius.

*Incipiam de locis, ſub ipſius loci origine* ] id eſt dicturus de vocabuleis locorum ab originatione huius vocabuli, locus, incipiam.

*Vt nunc dicunt conlocatum*] τὸ nunc, nõ fruſtrà adiectum à Varrone. Nam antea Varronis ætatem dicebant locatum, non vt nunc, conlocatum.

*Apud Plautum*]in Aulularia.

*Titiam habeo*]v. Nonium in Locandi ſignificatio, Virginem habeo: ita apud ipſum Plautum in Aulularia.

*Caſſam dote*] dote caſſam. ita apud ipſum Plautum loco ſuperiore.

*Trita*]alij terea: alij terrea: alij Græca: alij Treca: alij Creta: alij Thrace: alij Threſſa. Scaliger legit, Tritaui.

*Fanum in cuius muro locaui*] fanum intumũ locaui V. fanum in ciuium muro. T. in cuius mœro liberi fanum locaui. S.

*Vbi quidquam*]vbi quidque MS. T.

*Quod vſque id emitur*] quod vſque id emit. V. Quod vſque idem, vt. T. S. eo ſenſu, non antè conquieſcit, quàm locatus eſt publicano: Vt hæc verba vel ad Præconem (qui ſemper vagatur donec repererit pretium) vel ad mercedẽ quæ ſemper ἐπιπολάζει referãtur: eõque ſignificatu Plaut. dixit, It ad me lucrũ.

*Locarium*] quod & ſolarium in l. 15. ff. qui potiores: Græci τοπιατικόν.

*Quod datur in ſtabulo & taberna vbi conſiſtant*] quod datur in ſtabulo & taberna vti conſiſtant. Sic in l. 15. 1. ff. locati, ibi ſtabulum vel vbi greges eius ſtare oporteat.

*Loci mulicbres*]honeſtè, pro vtero & natura mulieris: vt & apud Catonem & Lucretium. Dioſcorides 1. τόπους dixit.

---

COLVMNA 6.

*Cœlum dicitur duobus modis* ] pro eo ſcilicet in quo ſunt fixa ſidera & pro aere, ita in iure Inſtit. de iure naturali animalia quæ in cœlo: pro quo Theophilus τὰ ἐναέρια.

*Nam & Aſia*] Nam vt Aſia MS. T. Duas autem hic orbis partes facit, tametſi Saluſtio teſte, in Iugurtha, plerique tertiam poſuere Africam.

*Aſia dicitur pars prioris Aſiæ* ] ea Aſia minor dicitur intra Taurum ſita.

*In qua eſt Ionia & prouincia noſtra Cilicia* ] τὸ Cilicia diſpungendũ. nec enim Cilicia minoris Aſiæ pars. v. Ciceronem pro Flacco, & Strabonem.

*Pars eius ſummum* ] pars eius, ſummum T.

*Demonſtrat cùm dicit* ] cùm demonſtrat dicit. T.

*Hoc vide &c.* ] Verſus Pacuuij Throcaicus.

*Memorant*]memorant Graij aera. T. atque ita verſus erit abſolutus.

*Lucretius ſuorum & vnius viginti librorum initium fecit hoc* ] Si is numerus librorum Lucretij fuit, aut eius epitomen aut reliquias tantùm: aut alterius Lucretij opus habemus. alterius, inquam, fortaſſe eius qui amatorio poculo in furorem verſus per dilucida interualla libros conſcripſit emendatos, poſtea à Cicerone: natus ab eo vndecim annis: à Varrone 24.

*Aelius Gallus*] Ælius MS. Stillonem intelligit:quanquam & Ælius Gallus de ſignificatione verborum,quæ ad ius pertinent,ſcripſerit.

*Non malè,quod poſterior Aelius multò potiùs celare à cælo:quàm cœlum à celando.*] Atqui Plinius ex Varrone probat,cœlum à celãdo dictum. Ea re,Scaliger hunc locum ita emendat, quòd poſt reor multò potiùs celare à cælo quàm cœlum à celando. Ego verò ita lego,non malè,quòd poſtremò Ælius(tradit ſcilicet)multò potiùs celare &c.eo ſenſu. Ælij Galli,duæ de cœli originatione ſententiæ non probandæ. Nam à prima, quà cœlum à cælando(Græci τορεύειν)putat dici, Ælius tandem deſciuit propterea quòd idem putat cælare potiùs à cœlo: quàm cœlum à celando dici. Secunda item eius opinio falſa, cœlum ideò dici,quòd diu minimè cælatur,id eſt occultatur.nam & interdiu & noctu cælatur.

*A chao cauum*] à chao couum MS. fortaſſe cohum:nam & ita Feſtus, alij etiam à κοῖλον deducunt.

*Andromacha*] Andromeda.S. Vt ſint Anapeſti ex Andromeda Ennij.

*noctique caua*] Andromacha : Nocti quæ caua. A. T. alij,pro nocti legunt noctu. Hi autem Anapeſti hoc modo reſtitui poſſunt,nocti,Quæ caua cœli, ſignitenentibus confici bigis.

*Cauationem*] alij rationem, alij notionem, alij nationem. Turneb. procreationem (Cœlum enim omnia Ennio generat) alij adgnationem,alij adnationem legunt.

*Cœli ingentes fornices*] Sic Varro in Menippea,Cœli cauernas dixit: & vetus poeta cortinam. ſed tamen fornicis vocabulum hac ſignificatione impropriè ſumi Cicero 3. de Oratore exiſtimat.

*Vt à cauo,cauea,cauile*]Pro cauile alij legũt cauillæ,alij cauille,alij caulæ(quo ſenſu Lucretius caulas corporis, pro meatibus corporis vſurpauit) Turnebus cauile pro cauillatione hic ſumi arbitratur.quid ſi,cauernæ.

*Conuallis,cauata vallis*]hæc duo cauata vallis ineptum gloſſema.S.Gloſſis conuallis μεσοραχάγγιον.

*Et cauere cautione*[caueo cautio vel cauatæ cauitione.V.cauete cauitiones MS. T.& cauedium S.Ego,verba priſcæ formulæ aut legis hic laudari non puto:ita tamen reſtituo: & caſæ, à cauatione.id ita eſſe vel Feſtus in caſa,mihi conceſſerit.

*vt cauum ſit ortum, vnde omnia apud Heſiodum,à chao cauum cœlum*] vt cauum ſit ortum, vnde omnia apud Heſiodum à chao: à cauo, cœlum.

*Territorium*] v.l.239.§. 8.ff.de verborum ſignification. Ciceronem in Verrem, Frontinum,Siculum,Flaccum. Gloſſis Territorium ἀγρὸς, ἐπικολωνία, ἐπιτείχισμα, ὁροθεσία χώρας.

*Termentarium*] extermentarium. V.malè. hic obiter notandum, Termentum Plauto detrimentum eſſe,teſte Feſto. Eſt & Gloſſis Terſorium ἐκμαγεῖον,quod & alibi Tergorium.

*Triuolum,quo teritur*]Tribulum, quo teritur.quidam ita legunt,non malè. Nã & Tribulum legitur apud Varronem 1. de re ruſtica & Nonium.Veteres etiam dixêre, Tribulam in fœminino. Virgil. 1. Georg. 2. Columell.21 vnde Tribulare apud Catonem pro agitare:hinc etiam Trebla Catoni.

*Fines agrorum termini* ] v.titul.finium reg. & Titul.de Termino moto.

*Limitare iter*] limitaneum iter, militare iter. Vertr. (nam & militaris via Ciceroni, Higino, Columellæ)malè. Limitare iter, eſt ſemita modica,quæ relinquitur inter duo conſinia lata pedes quinque ex duodecim tabularum præſcripto,de quo dixi ad l. quinque Pedum.C.Finium regundor.

*Termini cùm in Latio*] alij, quàm is in Latio:alij,cuius & Latio:alij cùm in Latino:alij cùm Terminus in Latio.T.

*Termen*]alij termon : alij termo.T. quidã terminia.

τέρμα] τέρμονα.T. Gloſſæ Termini τέρμονες,Termino τερματίζω.

*Via quidem*]Via ſiquidem.A.

*Quæ ſola teri poſſint*] quæ ſolo teri poſſint. Scal. Lucretius, Loca nullius antè trita ſolo. Solum,infimum pedum calcaneum. Plautus,Qui auro habent ſuppactum ſolum.

*Pinſibant*]pinſabant A. Piſabant apud Nonium. alij pinſebant. quo modo Ennius annal.10.pinſebant terram genibus.

*Ab eo qui Romanus combuſtus eſt*] alij legunt, ab eo quod Romanus Romæ non combuſtus:alij,quo ad Romæ,eo ſenſu,mortuo non combuſto,vel combuſto,oſſe tamen eius excepto, ad purgandam familiam, nec ſepulto,familia funeſta manet. Cætera vide apud Seruium libro 6. Æneid. Cicero 2. de legibus. Varronem 3.de vita populi Romani &, Nonium in Anthraciis. de ſepulturæ veteris ratione. Quod ad penultimam lectionem attinet ea Vertranio placet, diſplicet Scaligero.Nam etiamſi Romę non fuiſſet combuſtus, non dicebatur humatus, antequam iuſta ſoluta fuiſſent. neque propriè ſitus niſi poſita inſcriptione. Ante Nouendiale ſacrum ſupra terram eſſe dicebatur:vbi comburebatur locus vſtrina:cùm conditus,funus:poſt denicale ſacrum, humatus: vbi humatus,ſepultus.

*aut ſi os exceptum mortui*] digitum ad eam

eam rem abſcindi teſtatur Feſtus:id genus Februi exuerrias, vel exuerræ Feſto in Euerriator.

---

### COLVMNA 7.

*Et dicitur humilior, quæ ad humũ fuit, aut à re vt Sabini & Lucani*] Et dicitur humilior, quę ad humum, vt Sabini vt Lucani. V. Et dicitur humilior, demiſſior, infimus, humillimus, Turn. vt hoc modo coniungãtur, voci humilior ea quæ pòſt ſequũtur, ibi, vbi nunc eſt Roma Septimontium. Scal. ita legit, Sunt quæ ab humo, vt Apulia & Latium: aut declinata ab hominibus, & Sabini & Lucani; Vtrumque vt Hetruria & Thuſci, eo ſenſu: ab humo Hetruriam, ab hominibus Thuſcos dici. Idem paulò antè ſic legit, Et dicitur humilior, hinc vbi nunc eſt Roma Septimontium. Et pòſt, Sunt quæ ab humo vt Apulia & Latium. alioquin, funeſta non dicitur humilior, ſed mortuus potius. Idem alio loco notat poſſe & hũc locum ita legi, & dicitur ſitus.

*Latium vtrumque*] nouum & vetus Latiũ intelligit: alij tamen legunt, Latium aut vtrunque.

*Qua regnum fuit Latini vniuerſus ager dictus Latium*] dictus Latius V.T. vt aruus apud Plaut. Poteſt ita legi, dictus Latinus, vt & infrà à Præneſte Præneſtinus, Aricia Aricinus.

*Vt noſtri augures publicè dixerunt*] publicei. V.S. Cicero. publici augures videntur.

*Ab Romulo*] à Romo. V.T.

*feruntur auſpicia*] ſeruntur auſpicia V.T.

*Eo enim ex agro Romano primum progrediebatur*] alij, Romam primùm. Scaliger ita legit, Romani primùm progrediebantur.

*Gabinus ſiue peregrinus*] Gabinus quoque peregrinus. S.

*Secundum hos hoſpitia habent ſingularia. Ab reliquo diſcretus*] Secundum quos auſpicia habent ſingularia: alij, ſecundum hos auſpicia habent ſingularia ab reliquo: alij, ſecundum quos hoſpitia habent ſingularia. ab reliquo diſcretus.

*Ager*] Vetus ſcriptura ita habet, ager dictus eſt, in qua terra agebant, & vnde quid agebãt, aut quo fructus cauſa: à quo id Græci dicunt ἀγρὸν vt ager, quo agi poterat. Fabius tamen primo & vltimo ridet Varronem cùm ager ab ἀγρὸς Græco ſit, non è contra.

*Sic qua agi dictus*] Sic agitatus eius. M.S.

*In quadratum actus*] Vetus ſcriptura in quadratum actum, & latum & longum eſt centum & viginti. Turn.

*Centuria*] vide Columellam. Sic. Flac. Varronem de re ruſtica.

*Vt tribus multiplicatæ idem tenet*] alij legunt tribus partibus. Turnebus verò ita, vt tribus partibus multiplicatæ: vel ita, tribus multiplicatæ.

*Qua vehebant viæ, quo fructus conuehebant villæ,*] Imò quà vehebant primò vehæ, deinde viæ. Item quo fructus vehebant & vnde vehebant, vehilæ: & poſtea villæ, vide Varron. I. de re ruſtic.

*Ager cultus à coaleſcendo*] malè à coaleſcẽdo Varr. cultum agrum deducit, cùm potiùs à colendo eſſe ac dici debeat.

*Quod primùm ex agro plano fructus capiebant campus*] malè: id enim potius à Græco. Nam Siculi ἱππόδρομον καμπτὸν vocabant à flexu equorum qui ibi certabant.

*A collendo colles*] cur non potius à collo, colles.

*Saltus &c.*] v. l. penult. §. I. ff. ſi ſeruit. vindicetur: l. 25. ff. de pignorat. act. l. 52. ff. de act. empti. l. 8. ff. de inſtructo. alia eſt explicatio huius verbi. Nam in aſſignatione agrorum quatuor centuriæ coniunctæ, ſaltus, ſignificat aliàs ſaltus montem ingentem, vt ſaltus Pyrenæus dixi plenius ad Feſtum in voce Saltum.

*Semẽ, quod non planè id quod eſt*] alij id quod inde: alij, id quidem vnde. Vertranius, Semen dici putat, quòd ſe minus ſit cùm ſeritur quàm cùm metitur. Turnebus à ſemi, quòd ſit ſemiperfectum quiddã, habita ratione ad id quod ex eo prodit.

*Alia quæ*] alia. quæ M.S.A.

*Secta terantur*] de tritico id intelligi oportet, non de farre. Far enim non in area, ſed in piſtrino pinſebatur atque ex ſuis folliculis extricabatur: cui vſui piſtulæ farrariæ.

*Loca in vrbe pura areæ*] Pura, id eſt non ædificata, vnde locus purus in iure, non ædificatus.

---

### COLVMNA 8.

*Ager reſtibilis, qui reſtituitur*] alia ſignificatione ager reſtibilis dicitur, qui bis in anno aratur. Cæterùm ea forma reſtibilis à reſtituẽdo, qua proſtibulæ & proſtibulum, à proſtituendo. Reſtibilis autem πολυμφυὴς & παλίμβλαστος Græcis. dixi plenius ad Feſtum.

*à Nouando noualis ager.*] Nouare hic eſt arare quod Græci νεοῦν, adde Varronem I. de re ruſtic. 18. Plin. 19. quid Noualis terra, vide l. 30. §. 2. ff. de verborum ſignif. Gloſſis Nouale νεάσιμον, Noualis terra, νέασις νέατος.

*Noualis ager aruum*] alij ita legunt, noualis ager aruus, vt apud Plaut. non aruus hic ſed paſcuus eſt ager. Eadem ratione apud Grãmaticos & Varronem, ager aruus dicitur. alij aruum interpretantur agrum aratum nec ſatum: alij agrum ſationalem.

*Arationes*] Arationes, agri erant publici,

qui aratoribus colendi dabantur ( plerumque aratoribus etiam lege publica auferebā-tur,& colonis aſſignabantur. vt Capuanus lege Iulia ) ex quibus decumæ ſiue decimæ (vnde agri decumani dicebantur, iis oppoſiti qui immunes Ciceroni 4.in Verr.dicuntur) vt ex paſcuis agris, ſcripturæ ( Plautus, ob meam pecudē ſcripturā accepit.vide quæ ſcripſi ad l. 9.Cod.de vectigalibus in verbo Arabarchiæ.) è portubus, portoria, vectigalia populo Romano pendebantur. Cicero pro L. Manilia, Neque ex portu, neque ex decumis, neque ex ſcriptura vectigal ſeruari poteſt:& 4.in Verr. Mercator, arator, an pecuarius. Vbi poſtea meminit ordinis aratorum, pecuariorum & mercatorum. Et hoc quidem modo aruus & paſcuus arger diſtinguuntur, vt & pecuaria & aratiuncula apud Plautum.

*Suſtollit*] ſuſtulit.A.

*Sulcus &c.*] Varro τὸ ſulcus,à ſuſtollit deducit,quod melius à Grȩco ὄλκος.Et in libris de re ruſt.ſulcum interpretatur,quà aratrum vomere lacunam facit. Et veteres quinto, ſexto & nono ſulco ſerere dicebāt,pro quinquies,ſexies,aut nouies ſerere agrum.de ſulcis aquariis.v.l.1.§.5.§.9.l.24.ff.de aqua & aquæ pluuiæ.

*quòd ea terra iacta, id eſt proiecta, porca*] alij legunt,porrecta. Sic idem Varro 1.de re ruſt. 29.porcam dictam eſſe ait,quòd ea ſeges frumentum porricit, Alij grammatici quòd porriciat,id eſt prohibeat aquam frumento nocere. Porcas à ruſticis liras vocari Columella ait. Cùm inter duos ſulcos latius diſtantes medius cumulus ſicam ſedem frumētis præbet. De porcis & ſulcis aquariis.v.l.24.ff.de aqua & aquæ pluuiæ.vide Feſtum.

*prata quod ſine opere parata*] aliter Colum, 11.c.17. quòd protinus ſint parata, nec magnum laborem deſiderent. Et Varro 1.de re ruſtic.prata parata appellant. Fortè pratum à Græco eſt. Nam apud Græcos πρασὸν, viride. adde l.31. ff. de verborum ſignif. adde Feſtum.

*Sine opere*] ſine opera.

*Diuidit in eos agros, cùm ſcribit Sulpitius*] mēdoſus hic locus videtur Vertranio. Vetus ita habet,Diuidit enim eos eius Sulpitius. Turnebus,diuidit enim eos Seius Sulpitius. Scal. alludit eò cùm ſcribit Sulpitius.

*Vt rurſus capias fructus appellantur rura*] Falſò hæc à Varrone. Rura enim potius à Græco ἄρουρα.

*Sulpitius*] Iuriſconſultus ſcilicet.

*plebei rura largitur ad aream*] alij legunt largitatur ad aream. Scal. verò, plebi rura largiuntur adoream, vel plebi rura largitura adoream. Adoream, id eſt vberes fructus & prouentus.Id enim Plauto ex aliis authoribus.aliâs ad aream largiri rura, quidam putant idem eſſe quod,agros frumentarios largiri: cōtra quàm prata adfœnile. Alij,ad annuas meſſes largiri. fortè addendum eſt ad arandum. Alioquin aream dictam Feſtus arbitratur,quaſi exaruerit, neque quicquam poſſit generare.

*Prædia dicta:item vt prædes à præſtando*] cùm quid de publico conducebant mancipes & publicani, prædes dabant, qui prædia ſua ob eam rem obligarent, teſte Cicerone in Verrem. Ac prædia,res ipſæ: prædes, ipſi fideiuſſores,Aſconio.v.Feſtum in Præs.

*quod ea pignori data*] pignore dato, alij eo pignore dato.

*publicè mancupes fidem præſtant*] Publicè mancupi fidem præſtent,Vertr.

*Vbi nunc eſt Roma ſeptemmontium demiſſior infimus locus.*] vbi nunc eſt Roma Septimontium nominatum à tot montibus. T:Scaliger in appendice putat citari hîc à Varrone verſum Trochaicum cum acroſtichide hoc modo,Hic vbi nunc eſt Roma,Septemmontium demiſſior infimus locus. Quæ verba, Varronis interpretatio mox ſequitur, infimus, humilimus. Antea quoque dixi quibuſdam videri hæc verba Varronis coniungenda ſuperioribus,vbi de familia funeſta agitur.

*Terra abijt in nimbos*] abit

*Pacuuius, Terra exhalat auram atque aurorem humidam atque humectam*] Eſt qui ita reſtituat, Pacuuius, exhalat auram terram atque auroram humidam atque humectam.

*Hinc ſudor quiuis deorſum in terra himber*] hinc ſudor aquæ vis deorſum.A.hinc ſudor vdor ei quamuis,V.hinc ſudor,vdor. Is quāuis deorſum in terram vnde ſumi poteſt puteus. Alij ita legunt,hinc ſudor quiuis himber in terra:alij,hinc vdor. Aquæ vis in terra himber. Alij,hinc vdor aquæ vis deorſum. hinc terra Vmbria. (Vmbri Diodoro,Solino & aliis ἀπὸ τῶν ὀμβρῶν) Vel ita, hinc vdor,hinc quæuis deorſum terra, vt Vmbria humilior. De Vmbria adde Iſidorum.

*Aeoles dicebant τὸν πύθιον ὡς πόταμον &c.*] Æoles dicebant vt πόταμον ſic ποτῆρα & πότον, vt nunc φρέαρ.T: Æoles dicebant πόταμον,ſic potura à potu V. Æoles dicebant ποτῆρα ἀπὸ τοῦ πότου,non vt nunc φρέαρ.S. alioquin πύθιον non eſt dictio Græca eo ſenſu : ſicuti & πόταμος. Illud enim Thucydidi ſignificat templum Pythij Apollinis ( non aquam vt perperam putat Heſychius) Hoc verò fluuium ſignificat,non puteum. Quinetiam potura verbum ſatis inſolens.

*Puteoli à puteis vel putore.*] adde Feſtum. Strabonem 5.Stephanum de vrbibus.

*Vbi in puteis obruebantur homines qui locus publicus extra Exquilias.*] Horatius de Exquiliis lo-

liis lo-

liis loquens, Hic miſeræ plebis ſtabat commune ſepulchrum, &c. plebis dixit, quia is locus ſepulturæ inopum in ſuburbanis deſtinatus: Culinas appellatum eundem locum Vrbicus ſcribit.

*Puticulos*] alij Putiluculos: legendum Puticulos. S.

*quòd inde ſuſpiciunt lumen.*] quòd antea ſuſcipiunt. A. Quo deinde ſuſcipiunt perpetuò flumen, lacus: Lacunę, in qua ibi aqua. T. quo inde ſuſcipiunt. V. quoinde ſuſcipiunt perpetuò flumen, Lacus, Lacunæ. Lama vbi aqua contineri poteſt S. vt τὸ quoinde ſit idem quòd vnde.

*perpetuò lumen*] perpetuos lumen V. perpetuo flumen. T. Niſi τὸ Lumen ſignificet funera quæ cum funalibus efferebantur.

*ſtagnum quod Græcè στάμνον*] στέγανον Vertr. στέγνον T. Stagnum à Græco στέγνον S. inde Statinæ ſeu Statiuæ aquæ, contrariæ perennibus & manantibus. 2. Plin. 88. Ego nihil mutandum cenſeo. Id enim vult Varro, Stagnum à στάμνον deriuari: id enim appellationis habuiſſe primùm. de Stagno. adde l. 1. §. 4. π. vt in flumine publico. quod reſtagnare. v. l. 1. §. 6. π. de aqua & aquæ pluuiæ: l. 2. §. 28. π. ne quid in loco publico.

*quod nomen habet primum.*] habuit primum V. hoc quid ſit, dixi. ſed quid? Scaliger ita legit, quod non habet rimam. mouetur autem eo quòd Græci vocant στέγνον, id quòd minimè rimoſum eſt & fideliter continet, cui contrarium ſit futile.

*ſtillicidia, fluminàque vt ita fluant cadántque.*] Stillicidia fluuia, quæ vt ita fluant, cadántque V. Stillicidia, flumina, aquæ vti fluant cadántque S. (ſic enim in Senatuſconſulto apud Frõtinum quominus ea aqua ire, cadere, fluere) inde Caducæ aquæ, quæ ex diuidiis ſeu Caſtellis & fiſtularum manationibus fluebant. Ego ita lego, ſtillicidia, vti nunc ſunt, vt ita ſint, cadántque. argumento legis 17. §. 3. π. de ſeruitutibus prædiorum vrbanorum.

*fluit continuè*] fluit continuò A.

*qui circum Æternum habitant flumen Amiternini*] fortè legendum Amaternini. Græci ἀμφιτέρμονες.

*qui aliter facit ex ambitu cauſam dicit.*] qui aliter facit indagabili ex ambitu cauſſam dicit. V. Vertr. ita lego, Qui ad honores iter affectat indagabili &c. vel qui honores ita affectat &c. indagabilis ἀνεύθυνος.

*quod caput*] cuius caput. S.

*extra Latium*] rectè: oritur enim Tiberis in Tuſcis: ideóque nomen eius nõ Latinum.

*nihil Latinum, vt quod*] Latinum & ignotum vt quod A. malè. nec enim ignota Tiberis origo. Nam à Tiberi Tuſco, Tiberis qui antè Albula. vide Feſtum.

*anceps eſt hiſtoria*] id eſt duplex. ſic enim apud Nonium Anceps.

*Dehebrim*] alij Tibrim: alij Deheberim. 3. Plin. 5.

*Albulam vocitatum*] Albulam appellatum. V.

---

COLVMNA 9.

*propter Tiberim regem*] alij Tiberium legunt ex Liuio. De Tiberi hoc conſtat. Tiberim, à Tiberi Tuſco: à Tiberi, Tiberium regem, Deum Tiberinum, Tiberiûm familiam.

*& Auſtrum*] & Eurum V.

*Europa*] vide. V. Feſtum in Europa.

*Manlius*] Manilius v. Mallius MS: de Manliorum & Maniliorum familia dixi ad Feſtum.

*ſunt & nomina*) multa deſunt *quæ ibi ab Sabineis necata armis*] necata armillis: ita lego.

*Tarpeium ſaxum*] pars erat montis Tarpei ſeu Capitolini, vnde nocentes deiiciebantur periuri communiter. Manlius eò etiã deiectus: vt & qui Tribunorum maieſtatem violaſſent. quæ pœna poſtea legibus vetita. l. 25. π. de pœnis. ſaxum etiam dicebatur ſimpliciter. Horat. Deiicere è ſaxo ciues.

*ab eo latè Saturniam terram, vt etiam Ennius appellat.*] Italiam, Saturniam olim vocatam author Halicarnaſſeus: eorum oppidum Saturniam illic fuiſſe vbi Roma, teſtatur Ennius apud Catonem in Fragmentis Originum. Hinc Virgilius, Ianiculum hinc illi fuerat Saturnia nomen. T. S.

*quam Iunius ſcribit*] quam Iunius deſcribit, vel de qua Iunius ſcribit.

*Iunius*] Gracchanus ſ. de quo in l. vnica. π. de officio Quæſtoris.

*nunc vocant Pandanam*] quod ſemper pãderetur, ac pateret, teſte Verrio.

*ab aduentu hominum*] ab aduentu hominum. T. hanc emendationem à Scaligero nõ probatam: eò magis admittendã puto, quòd ſequentia Varronis verba eam ſatis euidenter arguunt, ibi paludibus: & pòſt, qui aduehebantur ratibus.

*ea qua tum itur Velabrum*] ea qua tum deſcendebant, dicitur Velabrum. ea qua tum dicitur velabrum. V. de qua tum dicitur velabrum. infrà, qua nunc itur velabrum. S.

*vnde aſcendebant ad rumam noua via lucus eſt & ſacellum lacum.*] Vnde eſcendebant ad imam nouain viam locus ſacellus labrum V. vnde eſcendebant ad imam nouam viam locus ſacer velabrum T. vnde aſcendebant ad Rumiam, noua via, vti lucus & ſacellum larum S.

*Velaturam facere dicuntur*] velaturam fàcere Varroni lib. de re ruſtica dicuntur qui

ex plauſtrorum vecturis viuunt. Plutarchus, τὴν δὲ πορθμεῖαν βολκατοῦσχυ καλοῦσι.

*Quadrantis ratiti.*]ratici V.malè.Quadrans ratitus dicitur Feſto & Plinio 38.cap.3,quòd in eo eſſet ratis effigies:vt nauis,in aſſe.Ratitus igitur idem quòd ratem habens, rati inſignitus ac notatus.Quin,ex hoc loco notari poteſt,quadrantem portitoribus ſolui ſolitum vt & balneatori. Horat.Iuuenal. vnde balneum, res quadrantaria dicitur Senecæ epiſt.87.

*Reliqua vrbis loca diſcreta, vt Argeorum ſacraria in* XXVII.*partes vrbis diſpoſita &c.* ] Alij Argeos loca ſacris faciendis interpretantur. Alij verò exiſtimant per quatuor tribus Argeos diſtuſos per XXVII.ſacraria : cùm & infrà legatur Primæ regionis quartum ſacrarium : & pòſt, Argeorum ſacellum ſextum. Planè Varro hoc dicere videtur, Argeorum ſacraria in XXVII.partes vrbis diſpoſita.

*Vt Argeorum* ] cum Argeorum V.

*In* XXVII.*partes* ] in totidem partes, ſeculo Varronis, Roma diſtributa : ſeculo Auguſti, in XIV. teſte Dione lib.55. Plinio Tacito. P. Victore.

## Colvmna 10.

*E queis prima eſt ſcripta regio Suburana* ] vt vltima Arnienſis. Cicero in Rullum,deſcribat ab Suburana vſque ad Arnienſem.

*A Cœlio* ] à Cœle.V.alij Cele.Halicarnaſſius Καίλιος.

*Cœly*]Cœlis V.

*Vicus Tuſcus*]Ergo Varro putat à Vibēni Tuſci copiis in eum locum deductis vicum Tuſcum appellari, quòd aliter extat apud Liuium.

*Inter eas*]inter eos.V.

*Minernium.*]Templum Mineruæ:vt Dianium,templum Dianæ.

*Cerionia,quòd hinc oritur caput ſacræ viæ* ]videtur id velle Varro, Cerioniam denominari à κάρα quod caput eſt Græcis:quaſi Carioniam dicas.

*Sacræ viæ*]v.Feſtum in Sacram viam.

*Ab Streniæ ſacello*]ab Stireniæ ſacello. V.alij Sereniæ.v.Feſtum in Sacram viam.

*Quotquot menſibus*]quot menſibus V.ſic Cato c. 43.rei ruſticæ, Capita oleagina quot mēſibus fodere oportet. Idē verbū reperitur in leg. Cum hi 7.§.ſi cui 24.π.de trāſac.l.nec ſemel 12.§.nouiſſimè 5.π.quādo dies legatorū.ad eā formā,ſuperiorib.locis in iure,quotānis dicitur : & Plauto in Sticho, ſcena 2. quot Kalēdis.Liuio 5.quot diebus.Cæterùm Idibus(vnde Idulia Feſto in Sacrā viā)hęc ſacra fiebāt:iiſq; agnā immolabant Ioui, teſte Ouidio.ex cuius agnæ lana, flamines Diales conficiebāt albogaleros ſuos.Ad eā conſuetudinē alludere videtur Horatius his verbis, Dum Capitolium, Scandet cum tacita virgine Pontifex.

*Proximo cliuo*]primore cliuo V.& Vert:primori cliuo A.

*Subura*] Sucurra v.Feſtum & Quintilian.1.

*Sucuſam*]Succuſam.V.& Vertr.

*Secundæ regionis Eſquilinæ*] ſecundæ regionis collis Eſquilinæ.

*Eſquilinæ*]Exquilinæ V.

*Rege Tullio*]rege Tullo V.& Vertr.

*Lucus fagutalis &c.*] lucus fagutalis & virarum Querquetularum ſacellum.

*Concinit*]conuenit V.

*Lucus Mephitis* ] lucus Meſitis V. lucus Martis.V.lucus Meficis.V.malè. vide Feſtū in Septimontio:& Seruium 7.Æneidos.

*Quorum anguſti fines non mirum. Iamdiu enim latè auaritia una eſt.*]quorum quod anguſti fines non mirum : iamdiu enim latè auaritia vagata eſt.vel auaritiæ via eſt. Hinc Ouidius Iupiter anguſta vix totus ſtabat in æde. & Varro 1 de vita populi Romani,omnia regiis temporibus delubra parua fuerunt,vt in veteri cultu:quę ſunt conſentanea,quòd ſiat paupertina, ſine elegantia ac cum caſtimonia,certè ſtatuaria,quam Alexandrinus κακοτεχνίαν appellat,multò pòſt introducta.

*Lucus larum & Querquetulanum ſacellum*] & larium Querquetulanum ſacellum V. larum Querquetulanum. T. vt apud Liuium larum permarinum. Porrò,quos lares Querquetulanos hîc Varro appellat, Feſtus Nymphas Querquetulanas vocare videtur.

*Tercicepſos*] Terticepſos V.terticeps V.T. Vertr.Tricepſis.Volaterranus.

*Dexterior via*]dexteriore via.T.

*Tabernola*] pars quædam in vrbe ad Cœlium montem.

*Quadricepſos*] quatriceps V. quatricepſis Volaterranus.

*In figlineis eſt*] in ſingulis eſt.V.in Eſquiliis eſt.T.

*Quinticepſos*]quinticepſis V.quinticepſois T. Porrò biceps,triceps, quatriceps, quinticeps, non ſignificat,habere quattuor vertices, vt putat Volaterranus : ſed ſecundum eſſe,tertium,quartum,quintum caput.

*Septimius mons*]Sceptius mons.V.T.

*Pætilium*]Petillium V.alij Petellinum: alij Petilinum:ex P.Victore.Vertr.

*Eſquilinus ſexticepſos*]Eſquiliis eſt.S.

*Ciſpius mons*]ſic Feſtus:alij,Ciſpeus.

*Aeditumus*]ædituus V.

*Habere*]habitare.

*E queis*]è quibus V.

*Viminio*]Vimineo.Victor.Vimino V.

*Vimineta*]vimina nata.A.

## Colvmna II.

*Ex Argeorū ſacrificiis*]ex Argeorum ſacris.

aduerſum

*Aduerſum eſt pila Naris, ædem ſalutis*] aduerſum eſt pila Honoris V. aduerſus eſt pilã Horatiam T. (in ea Curatiorum ſpolia fuiſſe teſtis eſt Halicarnaſſeus) Alij Pilonoris legunt: alij, honoris ædem, malè. cùm trecentis annis poſt Argeorum ſacra, dedicata ædes honoris fuerit à Marcello. Turnebus aliquando legit aduerſus eſt Apollineris ædẽ. vel aduerſus eſt Apollinaris. Collis vel vicus. Hunc ſecutus Scaliger legit Apollineris ædẽ & Salutis. Hæc enim omnia fuerunt in colle Quirinali & Apollineris ἀρχαικῶς, vt boueris, ſueris, lapiderum, nucerum, regerum.

*Collis Mutialis*] collis Martialis S. teſte Dionyſio 9.

*Habere ſolet*] habitare V. Vertr. T.

*Dei fidy*] per eum ſanctiſſimè adiurabant: vnde Græcis πίστιος. Comicus per Dium fidiũ quæris, iurato mihi. Video, neceſſe eſt eloqui quidquid roges.

*Muſtellario*] Inſtellario. V.

*Turaculum*] auraculum V. auguraculum. T. Locus erat vnde augures auſpicabantur Feſto: in quo Numa inauguratus, Liuio. auguratorium apellat Victor, idq; in Palatio collocat. Græcè οἰωνιστήριον, οἰωνοσκοπεῖον. In caſtris quoque ſimilis locus erat, vbi duces auſpicijs operam dabant: ídque augurale Tacito 2.

*Aedificium ſolum eſt*] id eſt, multa illic delubra & fana, ſed priuata tantum ædificia.

*Quod Palantes*] quod Palantei V.

*Aborigines*] qui eſſent. V. Feſtum.

*A pecore*] id eſt pecoris balatu vt Nęuius. niſi ſit legendum, pecuſcum à pecore V. Feſtũ in pecuſcum, partem Palatij fuiſſe Scaliger notat.

*Germalum*] Cermalum Feſt. Κέρμαλον & γέρμαλον Plutarchus in Romulo.

*Hi inuenti*] è Tibri inuecti. S.

*Veliæ*] Cato teſtatur in fragmentis Veliã, partem montis Capitolini à vellenda lana appellatam ante monſtratam ab Hetruſcis vellaturam.

*Vellera*] vellemera. V. vellemina: vel vellimina. Nam & ita Varro in libris de re Ruſtica. S.

*A quo tribus appellatæ.*] ſic Plutarchus in Romulo. Centurias tamen equitum fuiſſe ait Liuius, & Plin. de viris illuſtrib. vnde Horatio, celſi Rhamnes. Sed nihil vetat populum in tres partes diuiſum: & tamen ex ea vnaquaque centuriam equitum inſtitutam.

*Tatienſium*] Tatium. V.

*Tatienſes*] Taties. V. Vertr. Titienſes. Plin. Liuius. Feſtus: alij, Tatij. vtrunque non malè: nam à prenomine Titij Tatij regis, Titiẽſes: à nomine, Tatienſes. Tities vocat Propertius: vt Lucanus Titios ſodales.

*Ramnenſes à Romulo*] Ramnes. V. alij Rhãnes. Cæterum qui Ramnes vel Ramnenſes hîc, Varroni, tribus: Horatio, ciues Romani.

*A Romulo*] idem Liuius, Plutarchus, Plinius.

*Luceres à Lucumone*] Sic Plinius: Feſto Lucerenſes & Lucomedi à Lucomo Tuſco vel à Lucero rege Ardeæ. Plutarchus ab aſyli loco. Vide Sigonium. 1. Emendat.

*Iunius*] Gracchanus cognominatus à Gracchi amicitia, vt ait Plinius. Eius Cicero meminit 3. de legibus, & lex vnica ff. de officio Quęſtoris.

*Volumnius*] Voluius. V.

*Quinta, quod ſub Roma, Romilia.*] Ex hoc loco poſſis colligere, certum quendam ordinem fuiſſe tribuum. Sic Cicero in Rullum conqueritur in agri diuiſione & aſſignatione, Rullum incipere à Romilia prætermiſſis vrbanis Saburana, Eſquilina, Collina, Palatina, à quibus primis incipere debuit. T.

*Et ſic Harpocrates digito ſignificat, qui ſunt Taantes &cæt.*] Et ſoc &cæt. V. etſi, &cæt. Vertr. etſi Harpocrates digito ſignificat, vt taceas, Politianus Miſcell. 83. Forte legendum, vt taceam, optimo ſenſu. Etſi Harpocrates digito teneat labellum & ſignificet ne hoc euulgem, tamen hoc dicam. Alij ita hũc locum emendant. Et ſt. non malè, pro ſilentij indicio τὸ ſt. vſurpantes vt eſt apud Plautum Truculento Act. 3. ſcen. 1. apud Terentium Phormione Act. 5. ſcena 1. Scaliger putat, hęc verba ſumpta ex veteri quodam poeta qui ita fortè ſcripſerit. Sancte Serapis, Iſis & Harpocrates digito qui ſignificat ſt.

*Harpocrates*] Plutarchus in Iſide refert Harpocratem Oſiris & Iſidis filium exterricinium, id eſt natũ antè iuſtum tẽpus (quẽ ἠλιτόμηνον Græci) vocem non emiſiſſe naſcendo: atque ob id ſilentij Deum haberi, eiúſque ſignũ apud Ægyptios ore obligato atque digito obſignãte. Inde Auſonio ſigalion dicitur. Aut tua Sigalion Ægyptius oſcula ſignet. Catullus, & patruum reddidit Harpocratem, id eſt mutum & elinguem. his adde Auguſtinum 18. de Ciuitate 5.

*Taautes*] Taantes Euſebio: Mercurius fuit non Deus Pheniciorum ſed Ægyptiorum Thot vel Theuth. teſte Cicerone in libris de Natura.

*Aſtarte*] quæ & Aſtaroth. Ea fuit Venus quam Solomon etiam coluit: 1. Reg. 11. dicta autem Aſtarte à grege & victimarum multitudine. Alij putant fuiſſe Iunonem ſub ouis forma adoratam: Nam & Iuppiter Ammon, ſub ſpecie arietis colebatur. Alij, deam fuiſſe Sidoniorum & quidem Venerẽ, Aſtri figura cultam: quemadmodum & Dagon à reliquis Phœnicibus, ſub piſcis forma, quibus

Dag piſcem ſignificat.

*Ambracia*] Samothracia V. rectè. Hi enim omnes Dij in Samothracia culti. alij legunt Imbraſia. Nam & ita Ambracia dicitur à fluuio Imbraſo, teſte Callimacho & Stephano. quanquam τὸ Ambracia non omnino repudiandum, cùm inibi Æneam Veneri & Diis magnis (qui ſunt Dij Samothraces) templũ ædificaſſe Dionyſius ſcribat.

*Samothraces Dij*] qui à Dardano in Phrygiam: ex Phrygia ab Ænea in Italiam poſtea deuecti. Varr. 2. Humanar. Feſtus in Salios. Vnde hi Romanorum penates καὶ θεοὶ μεγάλοι teſte Caſſio Hemina. Tertullianus libro de ſpectaculis, Tres aræ, trinis Diis parent, Magnis, Potentibus, Valentibus. & Iuuenalis, Iuret licet, & Samothracum & noſtrorum aras. Eorundem ſacris religioſiſſimis homines initiabantur.

*Neque, vt vulgus putat, hi Samothraces Dij, qui Caſtor & Pollux.*] Pauſanię tamen & Euſebio de præparatione Euãgelica, Samothraces Dij Caſtor & Pollux. Cabiri, Corybantes. Macrobius Iouem Iunonẽ & Mineruã fuiſſe ait.

*Diuipotes*] qui & ob id κάβειροι Euſebio de præparatione Euangelica: Cabir enim Syriaca & Phœnicia lingua, potem ſiue potentem ſignificare, vir doctiſſimus antea notauit. quo pertinet illud Tertulliani, ſuperius à me relatũ ex libro de Spectaculis. Tres aræ Trinis Diis, magnis, potentibus, valentibus.

*Hæc duo cœlum & terra quod anima & corpus: humidum & frigidum*] hęc verba humidũ & frigidum, ad corpus referenda. Eſt enim anima calor & ſiccitas.

*Parire*] ἀρχαϊκῶς pro parere.

*Genus penneis condecoratum*] id eſt aues: vt & apud eundem Ennium corpora pennipotentum, id eſt auium.

*Non animas*] ſumptũ ex Epicharmo vide Laertium in Platone.

*Venit diuinitus ſe pulleis inſinuans ſe ipſa anima*] Lucretius in pecudes alias diuinitus inſinuet ſe Ennius, vt noſter cecinit.

*Animalium ſemen ignis.*] V. Feſtum in geniales Deos. Turnebus putat Zenonis eam ſententiam fuiſſe, ignem ſua vi omnia deflagrare: deinde omnia per ignem renaſci, quod Scaligero diſplicet: primò, quòd Zeno huius ſententiæ author non fuit. Deinde nõ magis fieri poſſe vt anima conſtet ex incendio & conflagratione, quàm ex corruptione. Cenſet itaque, hîc non agi περὶ ἐκπυρώσεως, ſed de eo quod præter quatuor elementa, quintum conſtituitur à Zenone (quod ab Ariſtotele ἐντελέχεια) igni ſcilicet: ex quo mens & anima. De quo vide Ciceronem 4. de finibus & in Academicis: Tertull. libro de anima. Plutarchum in Decretis. Laertiùm in Zenone.

---

COLVMNA 12.

*Innumerabiles & immortales ignes*] Stellas & Solem intelligit.

*Epicharmus Enni*] id eſt Ennius in eo opere cui titulũ fecit, Epicharm⁹. Nã Epicharmi poetæ Pythagorici quædã περὶ τῆς παλιγγενεσίας interpretatus eſt Ennius: ab eo opus ſuum Epicharmum inſcripſit, in quo illam παλιγγενεσίαν ſibi accidiſſe teſtatus eſt. Hoc verſu: Nam videbar ſomniare ego Med eſſe mortuum. Et Horatius de Ennio loquens, dicit, Enniũ curaſſe ſomnia Pythagorica.

*Iſtic eſt &c.*] Trochaicus ex Ennij Epicharmo.

*De ſole ſumptus ignis.*] Varro 1. de re ruſtica, Principia mundi Ennius ſcribit, aqua, terra, anima, Sol.

*Iſque actus mentis*] íſque totus mẽtis eſt. T.

*mentis*] id eſt mens, quomodo in eodem opere alibi Terra corpus eſt, at mentis, ignis eſt.

*Humores frigidæ ſunt humi*] humores frigideſcunt humi. V.

*Omnia ex ſe genuerunt*] omnia ex genuerunt. V. T.

*Frigori immiſcet calorem*] Trochaicus.

*Humori aritudinem*] Sic Varro in Prometheo. Excuſi & Vertranius, ariditatem habẽt. vtrumq; probabile eſt. Nam & Plauto hilaritudo & hilaritas dicitur: Cæcilio pulchritudo & pulchritas: Tullio beatitudo & beatitas. de quibus vide Gellium. 13. cap. 3.

*Animam æther adiungat*] adiugat, id eſt adiungit: eſt autem clauſula Trochaici verſus Paccuuij in Chryſe, qui integer eſt apud Nonium. Cæterùm hoc innuit, animam eſſe ex æthere, corpus ex terra: ne alioqui putes hîc agi de connubio & amore cœli & terræ, de quo apud Euripidem Æſchylum, Virgilium, Statium, ex opinione Scytharum cuius meminit etiam Herodotus 4. & Pauſanias.

*Eſſe igitur corpus terram quæ deperit ipſam*] quæ peperit ipſam. V. qui dederit ipſam S. ego ita lego, Eſſe igitur corpus terram quæ deperit ipſum, Quod dedit atque capit, neque diſpendi facit hilum His ita, Ennij verſus integer reſtituitur ex ipſomet Varrone infrà, libro octauo. Eſt autem ſenſus Animam ab æthere: Corpus è terra, vnunquodque illuc, vnde profectum, reuerti: terram (metaphora eſt ab amantibus ſumpta) deperire ipſum quod rei vnicuique dedit: eandem recipere (metaphora ſumpta eſt à fœneratoribus) id omne quod dedit, ſine vllo diſpendio.

*natis.*] Nati. Vulg. & malè.

*Vbi nimius ardor.*] non minus ardor M S. malè. hoc enim ſignificat omne corpus interire, ac ſterile eſſe vbi nimius ſit ardor, aut humor.

*ardor & humor.*] Principia illa duo Pythagorica.

*in Nuptiis.*] Idem Varro xj. de vita populi Romani apud Nonium. v. Feſtum in Facem. Plutarchum in Problemat. dixi ad legem penultimam. π. de donationibus inter virum & vxorem.

*hic &.*] hinc &. V.

*iunctione ſumit Venus, hinc Comicus.*] iunctione ſumit Venus Comites hinc. V. iunctionis Venus, comites hinc. T. eo ſenſu ab aquæ & ignis iunctione Venerem dici: ac proinde Ignem & aquam Comites Veneris in Nuptiis adhiberi. ſed alij legunt, vinctione quod magis probo. Nam Venus à vinctione potius, quàm à iunctione eſt. Ego verò locũ deprauatum ſcio, non tamen inſanabilem Sententia. itaque paulò altius repetita ſic lego, in limine adhibentur, quòd coniungunt hæc. & mas ignis, quòd ibi ſemen: aqua fœmina, quòd fotus (vel quòd fouet) ab eius humore & ignium vinctione, ſubit Ven⁹. Hinc Comicus victrix Venus &c. meę emendationi fauet, quòd poetæ de cœlo ſemen igneum deſcendiſſe in mare fingũt, ac natã è ſpumeis Venerem vinctione, aut ſi mauis coniunctione ignis & humoris. Quin Varro ex Comico ſtatim probat Venerem victricem appellari non à vincendo, ſed à vinciendo.

*ſumit Venus.*] ſubit Venus. Ita legendum cenſeo. vti ſuperius oſtendi.

*Victrix.*] alij vinctrix, cùm à vinciendo deducat, non à vincendo.

*Venus Cœligena.*] οὐρανία Platoni in ſympoſio, ea ab Ægyptiis celebratur, teſte Æliano lib. x. diuinandi dea, cui rei qui vacabant, νηφάλια celebrabant, abſtinentes temeto. ab ea Venere alia fuit Venus πάνδημος, quę volgiuaga Lucretio, ἀποστροφία & verticordia.

*In Aſoto Ennij.*] In Sota Ennij. V. legendũ in Sotadico Ennij. nec enim Ennius ſed Cœcilius Aſoto ſcripſit.

*Ibant malam viere.*] ibant malaci viere. V. ibant manè viere. A. Vertr. alij, ibant malaci (id eſt molles) alij, ibant malaciam viere. T. S. quod eſt, mollem Plauto. Hic autem verſus valde deprauatus eſt apud Cenſorinum, c. vlt. hoc modo, Ibant mala eluere, Veneriam corollam.

*Palmam, &c.*] Palmã Varro hoc loco dici exiſtimat, quòd paria habeat folia. dicẽdum potius, à ſimilitudine palmæ humanæ dici, vt & palmites. Quin idem Varro in libris de re ruſtica à pariendo, parilemam deducit: inde poſtea, factum, Palma. adde Platonem 8. ſympoſ. Cæterùm vt nihil diſſimulem, tota hęc ſententia de Palmæ originatione, videtur à ſua ſede aberrare, & inceptam de Venere originem interturbare.

*quam haberet vim ſignificantes.*] quam habeat vim, ſignificant res Veneris. Vertr. res veneris, id eſt coniunctio maris & fœminæ, vt in lege 23. π. de adulteriis. In aliis ita legitur, ſignificantes Veneris. ſ. Excuſa valde placet. licet hæc verba, quã haberet vim ſignificantes, nihil aliud oſtendunt, quàm vitam & originem. nam mox declarat, Vis vocabulum pro vita accipi, laudato ad eam rem verſu Lucilii. Vt ad rem redeam, Effectus ignei ſeminis è cælo delapſi, & ſpumæ maritimæ Venus. Indè, vis, origo, ac vita eius. Alludere his verbis videtur ad Græcum vocabulum ἀφροδίτης, quæ ab ἀφρὸς ſpuma.

*a qua vi nateis dicta vita.*] a qua vi nateis dicta vita, vides. Vis V.

*Saturnus.*] vocabulum Tuſcum: Tuſcorum autem lingua Aramæa & Syriaca. Saturnus latentem ſignificat, à quo Latium eius vxor ops Latia in Pontificum indigitamentis. Vide 13. Gell. 21.

*Et quod ignis Saturnalibus.*] ex quo igneis Saturnalibus. Vertr. hoc autem vult Varro Saturnum à Satu, id eſt principio rerum omnium dici oſtẽdi, quod eius ferriis Saturnalibus ignis (principium generationis) ſeu cerei lucentes dabantur.

*cerei ſuperioribus mittuntur.*] ſuperioribus dixit: quia pauperes clientes proceribus cereos mittebant. de quo vide Macrob. 1. c. 7. & 12. eóque pertinet illud Epigramma Antipatri. 6. Anthologiæ λαμπάδα κηροχίτωνα &c. Quin Saturnium cereis accenſis precabantur, ídq; Lucem facere Saturno dicebant: quod tamẽ Feſtus, interpretatur caput detegere Saturno propterea quòd, cùm aliis diis preces concipiebant caput obnubebant.

*Ops, quòd hæc omne opus.*] Poteſt & à Gręco ὦπις.

*Hæc enim Terreis genteis, &c.*] Iſthęc terris genteis omnes peperit & reſumit denuo: Iſthæc dat cibaria. Iſthæc omnibus fruges gerit. Scaliger ita hoc verſus reſtituit Ennij Epicharmo.

*Ennius.*] in Epicharmo.

quæ quòd gerit, quæque gerat. V.

*Ceres.*] huic Etymo aſſentitur Cicero. niſi malis à Cereo antiquo verbo quod eſt Creo: aut à Græco γῆρυς. Nam ita prius vocabatur, teſte Heſycio.

*Iſthic.*] Trochaici verſus Epicharmi Ennij.

*Iuppiter quem Græci aera.*] ita Æſchylus apud Clementem Stromat. Democritus apud eundem in Protreptico, & Plato Comicus.

*quem Græci vocant aera*] ſimilis eſt locus Pacuuij in Chryſe. ibi, Gręci perhibent ętheram: & Ennij, vt à Probo citatur, perhibẽt quẽne æthera lingua.

legas,ex himbre ſpiritus.

*Hæc propter, &c.*] locus eſt corruptus niſi etiam legas, Hæc propter Iouem ſunt, iſta quæ dico tibi.

*Qui mortaleis atque vrbes belluáſque omnes iuuat,*] quia mortaleis omnes atque arbores herbáſque iuuat. Vertr.

*Iuuat.*] Iouem à Iuuando dici Varro, & poſt eum, Cicero exiſtimat: diſplicet tamen illa originatio Lactantio 1. Inſtitut. 2.

*Quod patefaciat omnia & ipſum ſemen. Nam tunc eſt conceptum, & inde cum exit.*] cõceptum & idem cum exit. V. conceptum, exinde cum exit, quod oritur, Vertr. eo ſenſu, ex quo primum ſemen quod oritur apparet, tum conceptum eſſe cernitur. Scaliger vero ita, & idẽ tunc exit, quum oritur. Ego vero ita legendum cenſeo. Nam tunc, vel, quòd tunc eſt cõſpectum inde cum exit, quod oritur. vel ita Nam tunc eſt conſpectum exinde, cum exit quod oritur. niſi etiam malis ita, cum exit, cum oritur.

---

COLVM. 13.

*Diouis & Dieſpiter dictus hoc eſt aer dies pater.*] τὸ aer refero ad Diouis. Gellio Diouis quaſi die iuuans. vnde idem Lucetius dictus eſt. Eſt etiam Dieſpiter, Dis pater, Iuppiter & aer infimus.

*Sub dio.*] adde legem vnicam. §. 3. π. de via publica: Feſtum in Dium.

*Negant ſub tecto per hunc deierare oportere*] Idem Varro de liberis educandis: & Plutarchus in Romanis c. 28: Cato apud Nonium. Sic nominare deam Tutelinam ſub tecto, religio erat, teſte Plinio.

*Putabant hunc eſſe Sanctum à Sabina lingua.*] putabant hunc eſſe Sãgum &c. V. rectè. Nam Catone in originibus teſte qui Sãgus Sabinis, is Sãctus Romanis, ab eo Sagi põtifices. verùm Feſtus in Propteruiam. & Lactãtius eum Sancum vocant. Propertius autem Sanctum. Pars Sanctum voce canebat Auctorem generis. Abs Sango, Sanqualis porta Romæ, quòd proxima ędibus Sangi Feſtus in Sanqualis. Ouidius 6. Faſtorum. Quærebam Nonas Sanco Fidione referrem, an tibi Semo pater (anteà malè in illo Ouidij loco: legebatur Semipater vt & in inſcriptione veteri Sanco ſemipatri vt apud Liuium 8. idem Semo pater qui & Sancus.) tum mihi Sancus ait. Cuicumque ex illis dederis, ego munus habebo, Nomina terna fero. ſic voluere Cures. Quo ex loco notari poteſt trina nomina fuiſſe. vnius ac eiuſdem, Semo pater, Dius Fidius, Sãcus. aliis, Sanctus Fidius & Hercules. & ita Vertranius putat.

*Dius Fidius id eſt Diouis filius.*]

*Vt Græci διόσκουροι.*] ſic Feſtus in medius fidius.

*Sanctum ab Sabina lingua & Herculem ab Græca.*] Feſtus in propter viam Herculi aut Sanco qui idem eſt Deus

*Idem.*] Item.

*Quorum quòd finis ortus, orcus dictus.*] quorum quòd finis, orcus dictus. Scalig. in Coniect.

Vt orcum in neutro, pro loco vſurpetur: in maſculino, orcus pro Deo, quemadmodũ cœlus & cœlum. Alij putant Diiouem hic infimum aerem & orcum appellari, cuius vxor inferna Iuno ſeu Proſerpina. vnde Virgilius, Iunoni infernæ dictus ſacer. Poteſt quoque videri orcus dici à Græco ὄρκοι quod conditorium mortuorum eſt Menandro.

*Finis ortus.*] ſic Amphiaraus in Thetide de orco loquens. O cunctis finitor maxime rerum.

*Ea dicta Noctiluca in Palatio.*] Horatius ita Lunam appellat, Rite creſcentem face Noctilucam. Lemnius vetuſtiſſimus author Venerem eam eſſe ait. alia ſignificatione Varroni in Bimarco, Noctiluca vſurpatur pro lucerna.

*Noctiluca.*] quod noctu luceat. eadem ratione à Plauto in Curculione Noctiuigila, νυκτιλάμπυς dicitur. Gloſſis Nocticula ἐχόντα νυκτιλάμπις.

*Ibi noctu lucet templum,*] id eſt noctu in eius templo lãpades lucebãt. vnde Varro lib. 5. ſcribit, Noctiluca, lucere, ab luce: quod propter lumen amiſſam is cultus inſtitutus.

*Vocabulum Græcum alterum, Latinum alterum.*] id eſt Apollinis Græcum vocabulum eſt, Dianæ, Latinum.

*Et hinc quod in altitudinẽ & latitudinẽ ſimul Diuiana appellata.*] & hinc quod Diuia &c. T. hæc quòd Diuia in altitudinẽ &c. S. Hoc vult Varro, Dianã ſeu Diuianã dictũ, quòd Diuia ſit: ideſt in duas vias feratur, in altitudinẽ ſcilicet & latitudinem. Nigidius tamen apud Macrobium lib. 1. Dianam Ianam interpretatur, fortaſſe abs Iano ſeu Eano. qui & Sol, quòd ſimul cum eo in altitudinem & latitudinem feratur. cui aſſentitur Cornificius lib. 3. vt eo ſenſu Diuiana ſit, quaſi Diuina Iana vel Eana. Ianæ Lunæ fit mentio apud Varronem. 1. de re ruſtica. 37.

*Diuiana*] alij Duana.

*Plautus.*] in Aſinaria. Act. 3. ſcæna 3. in Perſa ait 2. ſcæna. 4. in Pœnulo. act. 5. ſcæna. 2. Sticho act. 5. ſcæna 4.

*Quaſi proſerpens beſtia*) id eſt quaſi ſerpens.

*Vel quod Terra, vt Phyſici dicunt iuuat & lucet.* (Turnebus ita legit. vel quòd altera terra, &c. Nam vt ſcribit Cicero, Xenophantis opinio fuit habitari in Luna: eámque, terram multarum Vrbium eſſe ac montium. Hoc igitur indicat Varro, Lunam eſſe quandam

terram

terram lucētem, adde Plutarchum in tractatu de facie quæ in orbe Lunæ.

*Parientes eam inuocant*] ſic apud Terentiū, Glycerium parturiens, Iuno Lucina fer opē.

*Iuno Lucina*] de Iunone hoc notandum præter ſuperiores ſignificationes, Iunonem id mulieribus fuiſſe, quod viris geniū: ideóque apud Petronium iurat mulier per Iunonem ſuam: & apud Iuuenalem de viro muliebria patiente & molli dicitur, & per Iunonem domini iurante miniſtro.

*Ignis à naſcendo, quod hic naſcitur, & omne quod naſcitur.*] quòd hîc naſcitur, &c. V. quod hinc naſcitur omne, & quod naſcitur S. quod hinc naſcimur.

*Quod naſcitur ignis ſcindit. Ideo calet, &c.*] Ignis gignit V. igneſcit, ideo calet. A. Vertr. ignis indit. S. Porro ſcindere eſt penetrare.

*Vt qui denaſcitur*] Caſſius Hemina apud Nonium cap. 2. in Denaſci: quæ nata ſunt ea Denaſci aiunt. Denaſci Græcis ἀπογίνεσθαι. alij vero legunt, vt quod denaſcitur.

*ab ignis iam maiore vi ac violentia Volcanus dictus*] ab ignis valore víque Volcanus dictus. V. Vertr. quidam Vulcanum eum fuiſſe exiſtimant, qui Tubalcaim in Scripturis.

*ab eo quòd ignis per ſplendorem fulget, fulgor.*] Sic Feſtus fulgura à fulgere, id eſt ferire: alij fulgorem à flammæ fluore dici putāt, Vertr.

*Et fulguri, quod fulmine ictus Phaeton contrarijs Dijs*] & fulguritum quòd fulmine ictum, V. Phaeton Vertr. fulmine ictum contrariis diis. S. Inde fulgurita loca, fulgure icta. Feſtus in Fulguritum (eadem bidentalia & obſtita, apud eundem auctorem in Obſtitum.) Fulguritæ arbores Plauto in Trinūmo: & fanatica arbor, fulmine icta. v. Feſtū in Fanatica.

*Contrarijs dijs*] id eſt igneis, quíque igni præſunt, his enim Phaeton fulguritus.

*Nympha Iuturna*] Sororem fuiſſe Turni Virgilius ſcribit. ab ea lacus & ædes Iuturnæ Romæ. ab eadem fortè, Iuturnæ fons in Italia ſalubris iuxta Numicum amnē, vnde Romam ad omnia ſacrificia afferre aquam ſolebant, teſte Seruio: tametſi Varro eam aquā non ad ſacrificia, ſed ab ægrotis petitā fuiſſe notat. Idem Strabo refert de Lacu Acutiliēſi.

*quæ iuuaret*] quod iuuaret.

*Tiberinus*] Is genius & Deus Tiberis, Ciceroni 3. de Natura.

*Velino*] Velini.

*Velinia*] Nympha quæ lacui Velinio præſidet.

*Nymphæ Commotiæ*] Commotis. V. Comitiæ V. alij legunt Lymphæ Comitiæ. T.

*à commotu,*] quod ibi inſula in aqua cōmouetur. v. Macr. 1. Satur. 7. Dionyſiū. Plin. li. 2.

*Neptunus*] ab obnubendo Neptunum appellari Varro hîc ait: Cicero 2. de Natura, à nando.

*à quo Nuptiæ, Nuptúſque dictus*] à quo Nuptu, Nuptiæ dictæ. vel Nupta dicta.

*Salaria Neptuni à Salo.*] Ea τίθυς Græcis vti refert Tullius in Timæo. Eſt autem ſalaria maris receſſus aqua quæ ad ſalum cedit: vt Venilia quæ ad littus venit, & eiuſdem acceſſus. Illam veteres Saxones Lidunam: hāc Malinam vocabant, vti teſtis eſt Beda Anglo ſaxo, & apud Marcellum Empyricum, Liduna, & Malina aliquot locis, acceſſus maris & receſſus nō quotidianos, ſed Lunares ſignificant: quos obſeruari iubet in herbis legendis.

---

COLVMNA 14.

*Venilia à veniendo.*] dixi ſuperiùs Venilia maris acceſſum eſſe. fuit etiam Venilia Nympha, Turni mater. Virgilius, Cui Pilumnus auus, cui diua Venilia mater.

*Plautus*] Ciſtellaria.

*quod ille*] quod ibi. V.

*tranquillo*] deeſt apud Plautum.

*Ventum gaudeo*] ventum gaudet. V. hac formula aduenientes exceptos, Scaliger exiſtimat. Verùm tamen Varro hoc velle videtur aduenientes ipſos, euitato maris periculo, his verbis, Vētum gaudeo, vti ſolitos. adde Plautum in Curculione. alia ſignificatione ſumitur ventum facere apud Liuium Comicū & Terentiū quod vel flabello vel tunica fiebat.

*Mamers.*) nouit etiam hoc nomen Martis Lycophron.

*Virtus vt viri vis à virilitate*] Virtus vt viritus à virilitate. S.

*Honus eſt honos*] Species Prouerbij.

*Polluces, nō vt nunc Pollux*] ſic Plautus Bacchidibus, Caſtor Polluces, &c.

*Feronia*] Flaccus, ora manúſque tua lauimus Feronia Lympha. alij legunt, Cerionia, alij, Cerronia.

*Nouenſiles*] alij Nouenſides. Horum ſæpe meminit Liuius. Arnobius refert ex Piſone fuiſſe nouē Deos, in Sabinis apud Trebiam: ex Granio, nouem Muſas. Cornificius verò nouitatum præſides eſſe ait.

*dicimus Laram Veſtam*] ita Antonius Auguſtinus, dicimus veteres verò, Herculē Veſtā. Scaliger, dicimus Herem, Veſtā. Eam antiqui colebant poſtquam creuerant hæreditatem. V. Feſtū in Herē. Idem, in Apendice (quod & monuit T.) ex veteri ſcriptura, dicimus Hecatem: legit, dicimus hæc, Palen. Excuſę nihil neceſſariò mutandū. Quid enim Lara fuerit, ſatis notū. fuit autē Larū mater, quæ Muta & Larūda Lactātio lib. 1. & Macr. Auſon. Larūda progenitus Lar. aliis Larū mater, Mania.

*Fortem fortunam, fidem. Ea re Sabinorum linguam olent.*] Fortunā fortē, fidē Lares Sabinorum linguam olent. S.

*Vouit Opi*] idē refert Halicarnaſſeus, niſi quod pro Opę Rheam nominat.

*Larundæ*] Larū deę. V. de ea ſuperius dictū.

*Quirino*] id eſt Marti (quē Enyalion vocat

Halicarnaſſeus) non Romulo. Nã Romulus Tatio ſuperuixit. Hanc diſtinctionem ignorans Vertranius, audet Varroni ignorantiam aut annalibus falſum impingere. Cæterũ Lilius Gregorius hoc loco legit, Carino.

*Cloacinaque*] Cloacina dicta fuit, quòd eius ſimulachrũ in Cloaca repertũ. v. Lactantiũ: & Tertullianũ in lib. de Pallio. fuit & Venus Cluacina dicta à pugnando. Nam Cluere veteribus, pugnare.

*primum nominem*] primum nominatim. V. primum nomen nominẽ: alij primum nomẽ nominatum. Vertranius, primum generatim nominẽ alites ab alis: volites à volatu. Deinde nominatim.

*alites ab aleis*] alites alij. V.

*Luſciola*] luſcinia. V. alij Luſciniola, ex Plau.

*ex Attica progne in luctu facta auis.* ] Idẽ Ariſtophanes in Auibus.

*Galeritus*] alij Galerita, fœminino genere. eam Græci, quòd quaſi tumulũ in capite habere videatur, ἐπιτυμβίδα κορυδὸν καὶ κορυδαλίδα cognominant.

*merula, quòd mera, id eſt ſola volitat*] Hoc Etymon improbatur à Fabio 1. cap. 6.

*Graculi quòd gregatim.* ] Imò Graculus à voce qua vtitur. 1. Fab. 6.

*quòd gregatim.*] Vide lib. 15. §. 2. π. locati.

*vt quidã Græci τὰ γέργερα*] γέργερα fortè legẽdũ eſt ex Heſychio vel γέργερες. vel ita: ſunt quædam Græca: vt grus γέρανος. vel ita: vt quædam Græca Crex, id enim auis nomen Ariſtoteli. T. Scaliger verò legit γάργαρα: id enim nomen pro quauis multitudine apud Macrobiũ & interpretem Ariſtophanis ἀχαρνεῦσι.

*Cybium*] v. Plinium & Atheneum.

*Melandria*] ita ſalſi thynni partes vocant. v. Plinium.

*Vræon*] Horæum. T. οὐραῖα partes maximę thynnorũ piſcium. ὡραῖον verò Atheneo ſalſamentũ à verno tempore. ὡραῖα bellaria.

*Lingulaca* ] nebulaca V. lingulata 7. quòd linguæ ſimilis ſit, præſertim bubulæ. Lingulaca tamen eſt ſolea. Plautus in Caſina, ſoleas vin lingulatas?

*Surenæ*] ſirenæ. V. Striatæ Turneb. ex Plauto vel venerię, ex Seneca. Epiſt. 15. & Plin. 9. & 32. Alij legunt Buccina: alij Vris ex Iſidoro: alij ſuris. eò tandem inclinat Turneb. vt legat mures. ſunt antẽ mures & muſculi è genere cõcharũ à ſimilitudine dicũtur: vt & murices.

---

COLVMNA 15.

*Hippopotamus*] alij Hippocampi. Eſt autẽ animal cetacei generis. v. Plin. 36. cap. 5.

*Cerceris*] cæleris V. alij Cercuris alij κερκὺς: alij κερκιθάλις. quam ἐρῳδιὸν Græci, Latini, ardeã.

*vt Aegypti in flumine,* ] id eſt in Nilo: id enim Ægyptus.

*quadrupes*] locus eſt corruptus aut mutilus. *Lytra, quod ſuccidere dicitur arborum radices in ripa, atque eas diſſoluere.* ] atque ita à λύω ſeu luo, Luria vel Lytra. ſed quid? alij legũt Lira. Turnebus Lua.

*diſſoluere, vt Lytra*] alij diſſoluere vt luere: Vertranius, diſſoluere ἀπὸ τῆς λύσεως: id eſt à ſolutione.

*Fiber ab extrema ora flaminis.*] Nã Fiber à finio: vt faber à facio: Tuber à tueo: liber, à luo: creber à creſco: glaber à glubo: ſcaber à ſcareo: ſuber à ſuo: crater à craceo, (id eſt gracilis ſũ) Mulciber à mulceo, cribrũ à cerno. S.

*quòd conſuleret*] adde Noniũ & Fab. 1. cap. 6.

*conſulat*] conſat. V.

*Conſul fiat*] conſul fuat. A. Vertr. cõſulciat. V. à vetere conſulcio: vnde conſultũ: vt à fulcio fultum, alij conſul clueat.

*qui præiret iure & exercitu*] alij qui præiret iuri & exercitui: non neceſſariò. notat enim Nonius, Varronẽ ablatiuo pro datiuo ſæpius vti ſolere.

*Cenſionem id eſt arbitrium*] à cenſere quod veteribus arbitrari.

*quæ Triumuiri Capitales nunc cõquirunt*] Plautus. Quid faciã nunc, ſi tres-viri me in carcerẽ cõpegerint? & in Aſinaria, Ibo ego ad treſviros veſtráque illic faxo nomina erunt. Cõſtat ex l. 2. §. 30. π. de origine iuris, eos carceris cuſtodiã habuiſſe, vt cùm animaduerti oporteret, interuentu eorũ fieret. Eſtque ea de re elegãs locus (corruptus tamẽ) apud Tacitũ li. 5. Annaliũ, vbi de filia Seiani loquitur. Tradunt, inquit, temporis eius auctores quia triumuiris capitalibus (in excuſis triumuirali ſupplicio) ſupplicio affici virginẽ inauditũ habebatur, à carnifice, laqueũ iuxta, cõpreſſã ad eoſdẽ pertinet lex 52. §. 12. π de furtis, aliàs ridiculũ videtur quod Turn. arbitratur Triũuiros capitales cognouiſſe de ſolis peregrinorum ſeruorum cauſis & furtis ciuium. dixi ea de re ad leges xij Tabularum.

*quòd terni tribus tribubus.*] ita legendũ, quod terni è tribus tribubus. vt ex hoc loco obiter notemus, Varr. ætate nouem creatos Tribunos, militũ: poſtea verò xxiv. vt Polybius ſcribit. Initio ſoli erant comitiati, id eſt creabantur in comitiis: poſtea in caſtris creati, & Ruf fuli appellati.

*Tatienſium*] alij Tatium.

*Cruſtumerina*] alij Cruſtumina: quia & Cruſtiminũ & tribus Cruſtumina apud Liuiũ: ſed tamen Cruſtumerina legi poteſt ex Feſto, & Virgilio lib. 7. Æneid.

*à conſule dicebatur* ] poſtea à populo dicti ſunt Dictatores: Feneſtella c. 8. dictatorẽ ex eo cognominatũ refert, quòd ab eo cæteri magiſtratus dictarentur.

*Vt eſt ſumma populi Romani Dictator,*] vt eſt ſummus populi Romani dictator. V. vt eſt ſumma in populum Romanum Dictatoris, à qua is quoque &c. Vertr.

*Magiſter populi*] idem teſtatur Cic. de finib.

Seneca Epiſt.109. Antonius Sciochus Florentinus author libelli, quem vulgus Feneſtellæ tribuit cap.8. dixi de ea re ad leges XII. Tabularum.

*Pontifices* ] Potifices T. à pote ſeu poſſibili & facere, quod ſacrificare. v. Halicar.

*cùm ideo*] *quod eo. V.*

*Vls & cis Tiberim.* ] Ius & cis. V. & malè. cis & vltis Tiberim in l. 2. §. 31. ff. de origin. iur.

*Curiones dicti à curiis.* ] Curiones totidem erant quot & Curiæ, id eſt XXX. ſacrificabant autem pro Curiis, teſte Dionyſio. in iis etiam epulabantur cum magna hilaritate. Iidem ludis publicis Epiſtolas hiſtrionum, Comædorum, Tragœdorum legebant, cùm quid à populo vel principe vel domino petebant. vnde Martialis dixit, Epigrammata Curione non indigere, ſed contēta ſua eſſe lingua: lingua ſua, inquā, hoc eſt maledica. & apud Trebellium Pollionem, Dici iuſſit per Curionem Taurum toties ferire non difficile. Idem per Curionem dici iuſſit, Impoſturam fecit & paſſus eſt.

*Flamines quod in Latio capite velato erāt ſemper.* ] Hæc verba in Latio, videntur ſupereſſe. Alij legunt flamines quòd in ſacro. Scaliger verò ita, flamines quod licio in apice velati erāt. Apice, id eſt galero filo inuoluto. Velati legati etiam dicebantur, quibus caput cinctū licio laneo. Liuius 1. Virgil. 12: hæc ſupplicia & velamenta Græci ἱκετήρια. & ab eo Plautus Amphitr. dixit orare velatis manibus, quòd filo laneo velatum eſſet eorum caduceum. Hoc etiam vocabant velamina. velationem, Græci στέμματα. Illud adiiciendum Diali flamini ſiue apice ſub tecto eſſe, licuiſſe: ſub dio, non licuiſſe. vtebatur autem pileo albo, qui inde Albogalerus, in quo oleaginea erat virgula.

*Furinales feriæ.* ] V. Feſtum in Furinalia.

*à diuo patre Falacre.* ] an quòd fallis circi præeſſet, de quibus Tertullianus & Iuuenalis: aut quòd caluitiem arceret. Huc enim vix pertinet, quòd phalacræ Heſychio dicuntur quædam Nymphæ.

*in Comitio.*] in comitiis. Nā quinquatribus menſe Martio ſaltabant in foro, vbi Comitium erat: & in Capitolio XII. erant à Numa Pompilio inſtituti, qui Palatini ob id vocati: vt quos addidit Hoſtilius Collini & Agonales. Trabeati erā(tvti refert Halicar.)& altos apices gerebāt, in conum faſtigiatos, & ancilia manu altera, altera haſtā tenebāt, accinctique gladio erant. Eorum Præſul motus edebat, & ab aliis referebantur. Illud Amptruare, hoc Redandruare dicitur à Lucilio. motis ancilibus necdum conditis infauſtum erat aliquid ſuſcipi. V. Feſtum in Redantruare: Tacitum. Suetonium vbi de Othone.

COLVMNA 16.

*Luperci.*] de Lupercis vide Liuium Halicarnaſſ. Plutarchum. Eorum in vrbe purganda agmina erant plura. quidam Fabiani à Fabio: quidam Quintiliani, à Quintilio. Hinc Propertio, licens Fabius Lupercus. vide Feſtum in Fabiani.

*Fratres arnales.*] Vide Plin. Gell. 6. c. 7. in f.

*quia fratria dixerunt.* ) ſunt qui à fratria dixerunt. T.

*Fratria eſt Græcum vocabulum.* ] In tres fratrias ſeu tribus Athenæ diſtributæ. dictæ autem φρατρίαι ἀπὸ τῶν φρατόρων.

*Vt Apollini etiam nunc.* ] Vt Apuli. V. alij Apoli. Turneb. Neapoli. non malè. fuit enim Neapolis oppidum Græcum. fauet huic emendationi Strabo. libro 5.

*Sodales Titij.* ] ita Lucano dicti vt Tatij, à Tacito.

*à Titiis auibus.*] Titos vocare videtur Perſius, eiúſque antiquus interpres. Seruius Palūbes Tetas, Iſidor. Titos, quod farte pabulo.

*quas in auguriis certis.* ] quas in tuguriis Pomp. Feſtus: Vertr. malè. vult enim Varro non in omnibus auguriis, Titias aues obſeruari.

*Feciales*] quos Feſt. Fetiales. εἰρηνοδίκας Dionyſ. εἰρηνοποιοὺς καὶ σπονδοφόρους Plutarc. adde Cic. de Repub. Varr. de vita P. Romani.

*& inde deſitum.*] alij, non pugnare deſitum eſt. Fœdere fides pacis conſtituitur. author Feneſtellæ. Alij, & cum pugnare deſitum. &c. malè. Nam teſtatur Varro apud Noniū, hoc obſoleuiſſe ſuis tēporibus: id eſt, fœdera quidem per eo, fieri, ſed bella ab eis non indicta. Vnus fecialium Pater Patratus dicebatur, quòd & ipſum parentem & illi parentem eſſe oporteret.

*Qui res repeterent.* ] id genus repetitionis clarigatio appellabatur. quod verbum prehenſionem Liuio ſignificat lib. 8. Gloſſis clarigatio ἐνεχυρασμὸς, ἐνεχυρασία.

*quiue nuntij ſenatus eſſent.* ] qui verò nuntij, &c. V.

*Iſicrates.*] ita legit Antonius Auguſtinus. Iphicrates. V. alij Iſocrates. alij Crates. Vertranius Hypſicrates( quem Grammaticum fuiſſe conſtat ex 16. Gell. 12. Eſt & alius apud Lucianum in Macrobiis Amiſenus hiſtoriarum ſcriptor) Turnebus ipſa Crates. Eſt autem nomen Grammatici.

*Græcè χόρτον apud Poetas dictam.* ] alij cohorton: Turnebus χόρτον. Eſt autem χόρτος, ὁ αὐλὸς Iliad. λ & ω. Euripidi σύγχορτα πεδία mitanea.

*Manipulos* ] in ſingulari: vt Maritos apud Catullum. S. ſed ſi ita eſt, infià legendum exercitus minimę manus: non minimas manus A manipulo fit manipularius. l. 3. Cod. Theo-

doſ.ad l.Iul.repetundar.manipulatim.v. Nonium in Manipulatim & Manipuli.

*milites quod trium millium.*] l. 1.in f.ff. de teſtam.militis.

*Haſtati.*] hi loricam,ſcutum,gladium Hiſpanicum,& veruta duo ferebant (ὕσσους vocat Polybius) in prima acie pugnabant.

*Pilani.*] in legione Romana pilani (quos Polybi⁹ γεῤῥοφομάχους & γεῤῥοφόρους.) gladiũ, parmam, vel cetram ferebant. *V.* Feſtum in Pilanis. gloſſis Pilum ῥωμαϊκὸν δόρυ.

*Principes.*] hi veruta ferebãt, vt haſtas triarij. cætera, ſimiles triariis, in ſecunda acie pugnabant.

*& poſt.*] ſed poſt.

*minus illuſtres ſumuntur.*] minus illuſtres ſumunt. T.

*Triarij.*] in extrema acie pugnabant Polyb.

*extremeis.*] extremi. A.

*Plautus.*] eadem referuntur à Sexto Pompeio in Subſidium: ex qua comœdia, non liquet.

*ab abſcindendo.*] ab obſidendo. V. ab obſcindendo T. eſt enim obſidium quaſi obſcidiũ. vt. diſcidium & diſſidium.

*Duplicarij.*] ſic apud Vegetium, ſunt armaturæ duplares, quæ conſequuntur binas annonas: vt ſimplices, quæ ſingulas: antea malè legebatur duplicaui. alij legũt duplarij, qua forma dicitur ſimplaria venditio in l. 48. in f. ff. de ædilicio.

*Turma terma eſt.*] terima. vide Feſtum.

*Decuriones.*] Gloſſis Decuria δεκαρία δεκάς.

*optiones.*] v. l. 6. ff. de bonis damnatorum.

*Liticines & claſſicos à claſſe.*] liticines à lituo: claſſicos à claſſe.

*Claſſicos à claſſe.*] claſſines. V. Claſſicines. T. nihil mutandum: nam & infrà lib. 5. Claſſici appellantur.

*qui item cornu canunt.*] qui cornu vtantur. V. item

COLVMNA 17.

*Comitiis ad comitatum vocant.*] comitiis comitiatum aduocãt, Vertr. (nam & ita Liuio, Ciceroni, Gellio. vnde Incomitiare & Comitiare) comitiis comitatum legunt. V.

*minus nullo eſt.*] minus nihilo. vel minus vllo vel vno.

*cui ea opimæ.*] cui ea opima A. cui eſt opimè. V. T.

*ab eodem fonte copiæ.*] copiis. V. copis T. Copis ἀρχαϊκῶς pro copioſus. adde Nonium in Copi, Feſtum in Copona.

*id eſt ab arte, &c.*] vt ab arte medicina fit medicus.

*quæ omnino vltima. Huic rei.*] quæ omnino vltima huic rei. S.

*aperietur. Quare quòd ab arte artifex dicitur, nec multa in eo obſcura relinquam. ſimilis cauſa, quæ abſcientia vocantur aliqua.*] aperientur nec multa in eo obſcura relinquam. Quare quòd ab arte artifex dicitur ſimilis cauſa, quę ab ſcientia vocatur aliqua &c. S.

*præſtigiator.*] tales ſunt ψηφοκλέπται qui gloſſis ψηφοπαῖκται qui oculos ſpectantium fallũt.

*monitor.*] Gloſſis ὑποβολεύς, ſubiector, ſubſubmiſſor: Vide. l. 8. ff. de inſtructo. quanquam inibi quidam legunt vinitor.

*nomenclator.*] qui nomenculator à nomine calando in lege 7. §. 5. ff. de operis libertorũ: l. vlt. ff. de liberali cauſa.

*legulus.*] qui oleam legit. V. Catonem lib. de re ruſtica: l. 13. §. 6. ff. de v ſufructu.

*vinum legere.*] id eſt vuas legere. Nam hic vinum pro vuis.

*Veſtigator.*] l. 12. §. 12. ff. de inſtructo. *quas indagator*] quaſi indagatur. A.

*Venator à venatu. Quod ſequitur verbum aduentum & inuentum.*] venator à vento, quòd ſequitur feram ad ventum & in ventum. A. venator à venatu quod ſequitur ceruum ad ventum & in ventum. S.

*perpaſcat.*] paſcebant.

*pecora vniuerſa.*] pecunia vniuerſa. V.

*quòd in pecore.*] & quòd in pecore.

*qui fundamentum inſtituit.*] qui negotium inſtituit. A.

*pedem ponit.*] pedem poſuit.

*pes magnus.*] vide authores de limitibus agrorum.

*peculatoriæ oues.*] peculatus. V. peculiatoriæ oues T. quæ peculiares Plauto.

*id enim peculium primum.*] inde enim peculium primò. S.

*Hinc peculatum publicum primò, vt cum pecore diceretur multa.*] hinc peculatum publicũ furtum & peculatoriæ oues aliúdve quid. S. Ego ita reſtituo. Hinc peculatum publicum primò, vt cum pecore diceretur multa: & id pecus eſſet coactum in publicũ, ſi erat auerſum, ex quo facta nummaria. Hoc ait Varro, multas ſeu mulctas primis temporibus fuiſſe è pecore: pecora huiuſmodi in publicum coacta. eum qui pecus huiuſmodi auertiſſet, peculatus publici teneri ſolitum. hodie, multas non eſſe, aut dici è pecore, ſed nummarias factas. Huic emendationi fauet Feſtus in Peculatũ: ſed quàm maximè ius noſtrum in lege aliud eſt fraus 131. §. 1. ff. de verb. ſig. vbi inter cætera, Vlpianus notat, multã hodie pecuniariam eſſe animaduerſionem. In eo enim quod dicit, hodie, ſatis oſtendit, primò non ita fuiſſe, ſed pecore multam primis temporibus dictam fuiſſe: peculatum ideo dictũ pecoris in publicum coacti auerſionem: nimirum ante vſum frequentem & quotidianum æris & argenti.

*ex qua*

*ex qua fructus maior*] & qua fructus de malo. S. id eſt, ex quo fructus fit per interuerſionē. ita loquitur Plautus & Apuleius. Verùm de hoc loco ſuperiore ſententia dixi, & legendum, ex quo facta numaria.

*Græcis bos βοῦς*] Græcis illis vſus, quòd βοῦς bos. V. Græcis ὗς ſus. Bos quòd bos T. Græcis ὗς ſus βοῦς bos. S.

*Οἶς ouis. Ita enim antiqui dicebant, nō vt nunc πρόβατον*] Suidas, οἶς τὸ πρόβατον.

*Armenta*] vide Feſtum in Armenta.

Ἴτουλος] ἰταλός. V. ita vituli apud Gellium x. c. 11. à quorum copia Italia dicta quòd armentoſiſſima. Heſychius idem eſſe ſcribit.

*aut quòd plerique vegeteis virtutu*] Plerique vegetei, vel plerunque vegetei. A.

*Capra, carpa*] vel à carpēdo. ſic enim Feſtus. Eſt tamē Turrenū ſiue Tuſcū vocabulū, Heſych. Antiqui etiā dicebātur Crepę. vide Feſt.

*omnicarpæ capræ*] omni carpæ capræ. V. nullo ſenſu. omnicarpæ ποικιλόφαγοι.

*Porcus quòd Sabini dicunt de aprino porco poridus, inde porcus*] Ita Auguſtinus legit eo ſenſu, Sabini catulū capri vocabāt porcū. Turneb⁹ ita, Sabini dicūt à primo porco, inde porcus. obſcuro ſenſu. Scal. verò ſic, Sabini dicunt aprū porcū: proinde porcus. videtur ita legi oportere, Sabini dicūt de aprino porco, porrigus vel porgus, inde porcus.

*niſi à Græcis quòd Athenis in libris ſacrorū ſcriptū eſſet πόρκῳ καὶ κάπρῳ*] Eſt & apud Lycophronē in Alexādria etiā πόρκος. vnde ab Sabinis Porcopor, id eſt puer ſuis. Nā τὸ Por Laconibus & Dorienſibus puer hinc Marcipor, Publipor. Quintipor apud Noniū in Gargaridiare. ſic & Gripor apud Feſtū in Quintipor. pro Marci Publi, Quinti filius. de Porco hoc etiā Varro in 2. de re ruſt. c. 4 Porcū ait Græcum nomen antiquum, ſed obſcuratum. nūc enim vocari χοῖρον.

*dicebant Aves veteres*] apud eoſdem veteres dicebant ἀβλῶ.

*noſtri aruiga*] alij Haruigen, alij Haruiga ex Feſto: alij Haruiga ex Donato: alij Hariga vt Turneb. S. Ariga. Nā Heſ. ἀρχα, ἄρην πρόβατον.

*hinc aruignus*] id eſt arietinus. alij legunt aruigris. inde fortaſſe aruina, pinguedo.

---

COLVMNA 18.

*quas & Actius*] quemadmodum & Actius.

*in Pontificalibus libris*] in Pontificiis libris.

*videmus in hoſtiis*] videmus. In hoſtiis vel Bidentes in hoſtiis. S. nihil mutandum puto, vt mox dicam.

*In Pontificalibus libris videmus in hoſtiis eam aruigē quæ cornua habet, quoniā is cui oui mari teſticuli dempti, & ideo vt natura verſa veruex appellatur*] Locus eſt deprauatus. dixi paulo antè videri quibuſdā legēdū ita eſſe, In Pontificalibus libris bidētes in hoſtiis eā aruigem vel ariuga quæ cornua habet. Eiuſmodi boues πατάλεις Græcis: Patales Feſto: quemadmodū in oue ſacrificio deſtinata, requirebatur vt dentes haberet cæteris longiores. Mihi aliud videtur, nō ꝙ oues corrigeræ eſſe non poſſint, ſed quòd in Pontificalibus libris aruigē vocari dicat Varro, quæ cornua habeat: cui cùm opponat aruigē, cui teſticuli ſunt adēpti: cōſtat cornuū perperā hîc fieri mētionē. Nec enim cornua marem faciunt. Legendū itaque, videmus in hoſtiis eam aruigem, quę ὀρχίδια habet: quoniā, ſi cui mari teſticuli dēpti, ob id, vt Natura verſa, veruex declinatur. Hac emēdatione nihil apertius, nihil verius.

*agnatus, agnus*] à Græco potius ἀμνός agnus deducitur.

*Hinc canis*] à ſagaci ſcilicet ſenſu & acuto. Canum enim pro acuto.

*quod hic item*] hunc locum mox emendo.

*Nocticulus*] Noctuculus T. à noctu & lucu, .i. luce. Victorius, Noctulus vel Noctulucus. Scal. verò Noctulugus, quòd canis in ſomnis ſoleat σκυζᾶν. (Gloſſis σκυζᾷ canit.) alij Nictaculus, vt canis à nictādo dicatur. Feſto enim nictit ꝓpriè canis in odorandis ferarū veſtigiis leniter ganniens. Itaq; totū hunc locum ſic reſtituo, quod hic item nictit, vlulátq; in cuſtodia, & venando ſignū dat, canis dictus. his addendū, Gloſſis Nocticulā ἰχέτην νυκτοφύλακα dici. Quin & verbum Canis melius à Græco κυών.

*in cuſtodia*] Canes enim cuſtodes dicuntur. vt apud Columellam.

*à quo etiam rete quoddam Panther*] hinc Pātheram emere in l. 11. in fin. ff. de act. empti.

*qui viuus adhuc capi non potuit*] Tigris primùm viſa eſt Romæ in dedicatione theatri Marcelli multis poſt editionem huius libri annis 8. Plin. 17. in fin.

*Camelopardalis*] de qua Horatius, diuerſum confuſa genus, panthera Camelo. Æthiopes Nabin appellant. Eſt autem collo ſimilis equo: pedibus & cruribus boui: camelo capite albis maculis rutilum colorem diſtinguentibus: inde Camelopardalis. 8. Plin. 8.

*Alexandria Camelopardalis nuper aduecta*] Ea primùm viſa dictatoris Cæſaris ludis Circenſibus. 8. Plin. 18. Dion 43.

*quaſi gerui*] à gerendis cornibus ceruos deducit, qui melius declinaſſet à Græco κεραοί.

*volpes, quod volat pedibus*] Cur non potius à Græco ἀλώπηξ?

*Proxima animantibus ſunt ea*] Proxima animalia V. proximè animalia ſunt ea. T. proximè animal. S. id eſt ſtatim pòſt animalia. niſi malis, ſtirpes quaſi animalia eſſe, quod & cēſuere quidā Philoſophi, inter quos Plato in Timæo.

*virgultum à viridi*] Imò viride à virgulto, cùm prius fuerit virgultum.

*pinus iuglans*]Nux iuglans.V.

*Nux quod ut nox aere, ita huius ſuccus, facit corpus atrum*]alij tamen à nocendo nucẽ. vnde à Græcis κάρυον παρὰ τὸ καρεῖν. Niſi malis à Syriaco Luz. τὸ L in N mutato, vt in Lympha Nympha.S.

*Ruta quam nunc πήγανον appellãt*] rectè. nã antiquis ῥύτη dicebatur. Nicander. Heſych. /

*Radix*] extat apud Nicãdrũ, ſed ꝑ baculo.

κορίανδρον] κορίανδρον κοριαννὸν. T.

μαλάχη, κύμινον] malachẽ Cyminon. his enim vt Latinis vtebantur.

*Braſsica, ut præſeca*] Braſſica vt præſica. vt infrà.

*præſecatur*] alij præſicatur. vt apud Plautum exicas arundines, pro execas.

*cucumeres dicuntur à curuore*] Imò à Græco κικυός.

*Fructus à ferendo res & hæ quas fundus, & hæ quæ in fundo ſeruntur ut fruamur*] ſeruntur vt fruantur. T. ſerunt vt fruamur. S. ego nihil mutandum cenſeo, niſi quòd duobus locis τὸ, &, accipitur pro ſiue: eo ſenſu, Fructus dicimus quòd eos feramus vt fruamur, ſiue eos fundus vltrò ac ſpontè, ſiue arte, cura, diligẽtia, opera & induſtria hominum ſollicitatus ac cultus proferat. vt in ea re duo genera fructuum conſtituat Varro, Naturales & Artificiales, de quibus dixi ad legem fructus 45. ff. de vſuris. l, 48. ff. de adquir. rerum dominio. l. 22. Cod. de rei vindicat.

*& frumentum*] vnde frugamentum. vide Feſtum in Frugamentum.

*Sed hæ è terra, etiam frumentum, quòd exta loco quo ſolent addi ex mola, id eſt ex ſale & farre molito.*]Hæ à terra: & ipſum frumẽtum, quòd exta aulicoqua ſolet addi mola. ea eſt ex ſale & farre molito. Vertr. alij legunt: exta ollica. alij quod in ollico, quo ſolet addi ex mola. Antonius Auguſtinus, quòd exta olla coqui ſolent, addita mola. ea eſt ex ſale, &c. Ad hunc modum interpretes variarunt in huius loci reſtitutione: quod antequã faciam, obſeruandum, molam dici far toſtũ & ſale ſparſum, quod molitum hoſtiæ ſpargebatur. Feſtus in Mola. Et aulicoqua exta, quòd in aulis coquerentur, teſte Feſto in Aulicoqua, ad differentiam eorum extorum quæ torrebantur in veru, de quibus Varro paulò antè dixit ibi, Hæ ſunt quarum in ſacrificiis exta in olla, non in veru coquuntur. His ita explicatis, locum ſic emendo, Hinc declinatæ fruges, vnde frugamentũ. ſed eſt è terra etiã far, quod extis aulicoquis ſolet addi in mola. ea eſt ex ſale & farre molito. adde Valer. 2. c. 1.

COLVMNA 19.

*Puls: vel quod ita Græci, vel ab eo, &c.*] Puls Græcis πόλτος vel πολτὸς. inde Gloſſæ πολτὸς, Farres, Pultes. inde Puls eſſe poteſt. vide Athenæum. Erat autem Puls Romanorum: vt polenta Græcorum. 18. Plin. 8. Itaque pultificum artificem Plautus ſumit pro Romano & Italo: & ſe Pultifagonidem dicens, Romanum aut Italum ſignificat. à Pulte Pultorium vas. Gloſſis σκεῦος.

*quòd ita ſonet*]Puls igitur à ſono quem reddit cùm inſipitur ei aqua. cui ſimile illud Næuij, Bilbit ſimphora. & Eubuli Comici apud Athenæum 6. λόπας παφλάζει βαρβάρῳ λαλήματι.

*aquæ feruenti inſipitur*] alij, inſpergitur. non neceſſarió. Eſt enim inſipere vel inſipare, Feſto iniicere. Quare legendum, cùm aqua feruens ei inſipitur vel inſipatur. Sic inſipare & obſipare farinam pullis vel eſcam, Feſto in Inſipare, & Puls, eſt iniicere, proiicere. alij, pro inſipitur legunt pinſitur.

*Panis quòd primùm figuras faciebant mulieres in panificio, Panis*] quòd primò figuras faciebant vt mulieres in lanificio panus: Turnebus, eo ſenſu, Panem ideo appellatũ à tumore. Eſt enim in lanificio panus, tramæ tumens inuolucrum. Eſt etiam panus, ita obſeruante Scaligero, cruſtulum quod in ſacris adhibetur cybij figura, oleo coctum. Quinimo ab Athenæo 3. πανὸν ἄρτον ſignificare. à quo πανία, πλησμονή: πάνια τὰ πλήσματα. Sic ſentio, Panis vocabulum ex eo eſſe, quòd initio mulieres in panificio: id eſt, tunc cùm panem facerent, Panos figuram imprimerent. poſtea, figuras alias inſtitutas. ſed quoniam in veteri legitur, poſteáque ei. Poſſumus & hunc locum ita emendare, Panis, quòd primò figuras faciebant mulieres in Panificio, Pani: poſteaquam ei figuras facere inſtituerunt alias. ac proinde anceps erit Panis originatio, vel quòd Panos figurã ſingulis Panibus imprimerent: vel quòd in Panificio maſſulã quandam panis ſeligebant, ex qua figuram Pani Deo ponerent.

*in Panificio*] Gloſſis Panificium ἀρτοποιία. quin & locus vbi fit panis ἀρτοποιεῖον: quo defertur Panarium ἀρτοφόριον. Quin iiſdem Gloſſis Panificiũ ποπανεῖον. ſunt autẽ πόπανα liba.

*vnde id dictum*] inde dictum.

*niſi ab eo quòd Græci κόκκον: à quo Græcis quoque granum dictum*] à quo Græci κριθὴν V. Sunt enim κρῆναι littora, à quorũ ſimilitudine Græcis granaria dicta. ſed tamen Turnebus legi poſſe exiſtimat ῥόγους. Id enim Siculis granarium, teſte Epicharmo apud Pollucem. Sed quid? Scal. aliter emendat, hoc videlicet modo: Græcis κοκκὸν, à quo Græcis κόκκος, granũ dictum. Sed meo iudicio lõgè petita erit grani etymologia, ſi id à κοκκὸν vel κοκκοὶ declines. Certè Varro de re ruſt. granum à gerendo eſſe ait, quòd gerat ſpicas.

*horreum ab horrendo*] ab horrido A. alij ab hordeo. à farre, farreum primò dictum. Feſtus notat. ex farreo horreum factum.

*quod tritum eſt ſpiceis*] è ſpiceis. S.

*Far à faciendo, quòd in piſtrino fit*] longè petitum. poteſt ita paulò cõmodius legi far à

frageſcendo (id frangere ſignificat Nonio) quòd in piſtrino fit. Emendationi noſtræ fauet Iſidorus 17.c.3. Is enim teſtatur, Far à frangendo, quòd initio ante molarum vſum, frumentum in pila miſſum frangerent, id enim primum genus molendi fuiſſe.

*nam id priùs μίλιν*] nam id priùs μελίνη. T. vt apud Feſtum in Milium.

*quòd libaretur, priuſquam eſſet, vt erat coctũ*] priuſquam eſſetur. V. T. priuſquam eſſent. S. libabatur enim Diis, antequã comederetur.

*priuſquam eſſet, vt erat, coctum*] priuſquam eſſent coctum.

*quòd in teſtu caldo*] in teſta calda. V. Teſtus vel Teſtum κλίβανος. (vide Feſtum.

*Matralibus*] Matralia matris Matutæ feſta.

*circuitum æquabiliter fundebant*] Quidã hîc τὸ fundere, actipiũt pro ἐλαύνειν: vnde ἐγκλάτοι genus cibi. alij ita, quòd mixtæ farinæ caſeo aquam in circuitum æquabiliter fundebant.

*à globo globuli*] globi. V. T. & ita apud Catonem. Glomi Feſto. Sphæras vocat Iſidorus à forma. 20.c. 2.

*Cruſtula à cruſta pultis, quoius cruſta dicta ea quæ vt corium exuritur*] lego, Cruſtula, à cruſta panis, quę quòd oleo exuritur, cruſta dicta. ſic enim Iſidorus 20.c.2. Cruſtula, diminutiuum à cruſta, panis oleo conſperſus. & poſt cruſta ſuperficies panis. Idem meæ Gloſſæ quoque teſtantur. Cruſta, quaſi vſta.

θρῖον καὶ τρύφος] hæc duo Turneb. diſpũgit.

*τρύφος & placenta quod edebant cum pulte*] placẽta. Quod A. Tritó & placẽta V. Thrium V. genus libi Athenienſium iucundum, eo ꝙ ſimile frondibus quæ θρῖα dicuntur, inuolueretur. niſi malis legere ἴτριον. hoc enim Græcis Laganum. Scaliger verò ita legit, Intritũ καὶ πλακοῦντα. Nam, interere, verbum culinariũ. Terent. Tute hoc intriſti. & entriti meminit Heſychius. quod Galatis Embrecton. meminit etiam Apicius Embracti Baiani lib. 9.

*quòd edebant cum pulte. Ab eo pulmentum, vt Plautus: Hinc pulmentarium dictum*] Chariſius legit Pulmentũ, quòd id cum pulte eſſet. vt Plautus inde Pulmentum dictũ. Ego verò ita lego, & placẽta, quod edebant cũ pulte, ab eo pulmentũ. Plauto in Aulul. Hinc pulmentariũ dictum. Gloſſis προσφάγιον Pulmentarij meminit Horatius 2. Satyr. 2.

*Plautus*] in Aulul. vt Vertranium defecerit memoria aut diligentia, qui in nulla Comædia Plauti id extare ſcripſerit.

*hoc primum debuit paſtoribus Caſeus*] hoc primum fuit. V. hoc primum tepuit. S. ita emendo, Hoc (id eſt pulmentariũ) primũ præbuit paſtoribus Caſeus. vel, Hoc primum fuit paſtoribus Caſeus. id eſt primis tẽporibus Caſeus paſtoribus fuit loco pulmẽtarij. ſi tamen legas, tepuit dicendũ erit, caſeũ à cocto non coacto lacte. ſed id mihi nõ placet. Hoc enim vult Varro, Primis temporibus, Pulmentarij vice caſeũ paſtoribus fuiſſe: & poma quæ natura illis ſuppeditabat ſine igne: poſteà verò poma cœpiſſe decoquere in olla.

*caſeus à coacto lacte vt coaxeus dictus*] à cocto lacte & coxeus V. Iſidorus 2.c. 2. Quaxum à coacto lacte declinat.

*quæ nimis cruda*] quæ minus cruda. A. V. T. Etſi ſcio minus pro nimis interdum accipi, vt in lege 1.§.1.ff. ne quid in flumine in editione Haloandri, ibi ne deriuationibus minus conceſſis flumina exareſcãt: hanc tamen prælicentem licentiam hîc vix admitto. vult enim Varro, paſtores nõ contẽtos iis quæ natura illis ſuppeditabat ſine igne, poma quæ nimis cruda eſſe poterant, decoxiſſe in olla. cui rei τὸ minus non conueniret.

*ab olla olera dicta*] hic locus poteſt adiuuare explicationẽ prouerbij, ipſa olera olla legit.

*olera, è queis ad coquendum quod rueret è rure, Ruapa vnde Rapa*] quòd erueretur è terra V. quòd terræ rure, Ruapa &c. V. quòd è terra ruerent, Ruapa &c. S. Ego verò ita emendo, olera, è queis ad coquendum quæ ruebant è rure, Ruapa, vnde Rapa. ſed tamen ſatius erat Varroni Rapam à Græco ῥάπυς & ῥαφανίς vel ῥάφανος (quod Gloſſis Radix) deducere. hîc interea obſeruandum, Rapinę verbum, inſolens ſatis, à rapa deductum, quoius noſtrum vtitur in lege Lucius Titius 88.§. matre & vxore 16.ff. de legat. 2. Rapinam facere pro rapas ſerere. id rapiſtrũ vocat Columella 9.c.4.

*Orchitis*] ita dicta à magnitudine teſticulorum, qui Græcis ὄρχεις. de orchite vide Feſtũ & Virgilium 2. Georg.

*quòd ea antiquitus orchemora*] quòd ea Attico orchę minor. V.

*orchemora*] orcae minor. V.

*ſuilla ſic ab illis generibus cognominata*] ſuilla ſic babilis &c. V. Alij, ſuilla, ſic à ſuillis generibus.

*hanc primò aſſam, ſecundò elixam, tertiò è iure vti cepiſſe natura docet*] hac primò aſſa, ſecundò elixa: ſed tamẽ veteres vſi accuſatiuo pro ablatiuo. vti aſſam, elixam, pro aſſa, elixa. vide Nonium in Accuſatiuus.

*Tertiò, è iure vti cepiſſe natura docet*] Suilla è iure, quæ neque aſſa, neque elixa eſt. ſed quæ in patina condita. Plautus quouis modo condias vel patinarium vel aſſum. Ius autẽ coquinæ magiri (ita lege apud Iſidorum 20.c. 2. non magiſtri) à iure nuncupauerant, quia ea lex condimenti eius.

*Aſſum, quòd ab igne aſſudeſcit*] aſſudeſcere, à ſudo. ſudum quaſi ſeudum, id eſt ſine vdo. Feſtus in Sudum. vdum verò (vt mox Varro) ſeu vuidum idem quòd humidum. Iſidorus 20.c.2. aſſum quaſi arſum.

*Elixum è liquore aquæ*] Iſidorus 20.c.2. Elixum à lixa, id eſt aqua, quòd ſit ſoluta: vnde

Luxurioſus & luxata membra.

*ex iure, quod iucundum magis conditione eſt*] Conditio, conditura.

*Succidia, à ſuibus concidendis.*] Iſidorus dicto loco carnes in vſū repoſitas à ſuccidēdo.

*Salere*] Diomedes 1 c. 4. ita ſcripſiſſe Varronem exiſtimat, non ſalire.

*tergus ſuis, ab eo quòd eo tegitur.*] Tegus ſuis, ab eo quòd tegitur. V. atque ita tegus legitur apud Plautum in Captiuis, callos detruncato tegoribus. quo loco, tegoribus, non tergoribus neceſſe eſt legi, propter rationē trochaici verſus. & in octonario eiuſdem fabulæ, prætruncauit tribus tegoribus glandia.

*Perna à pede ſuis, à nomine eius*] à pede ſueris &c. V. T. non malè: Nam veteres ſuerum dicebāt pro ſuum, vt bouerū apud Catonem pro boum. Scaliger verò aliter, Perna à pede: ſueres à nomine eiuſdem, vt ſueres ſint ſuillæ partes. vide Feſtum in Spetile.

*ſuis, à nomine eius, Offula vt offa minima in ſue*] quædam quæ ad hunc locum pertinerēt ſuperiore ſentētia à nobis explicata ſunt. hęc ſequuntur, offula ab offa minimæ ſueræ T. ſuillæ carnis. A nominē eius offa. S. ſuis. A nomine eodē offa dicta, vt offula minima in ſue

*Inſicia*] ſic apud Arnobium. Iſicia. V. quæ Græci etiam ἰσίκια. vide Alexand. Trall. Aphrodiſienſ. Athenæum.

*proſectum*] Ouidius, impoſuit proſecta calentibus aris. ſic proſecari exta dicūtur Suetonio in Auguſto. Feſto Proſicium eadē forma qua inſectum dicitur Inſicium. Præſicias dixit Arnobius.

*murtatū*] myrtatū. V. Myrti vel murtæ vſū ante piper fuiſſe apud veteres refert Plin. 15.

*à murto*] à murta. V. ſic enim veteres genere feminino enunciarunt.

*quòd eo largè fartum*] quòd eo largè fartis. V. fartis, id eſt farciminibus.

*Lucanicam*] vide Martialem in Xeniis, Apicium, Papinium. Lucania vel Lucaniæ dicuntur Iſidoro 20. c. 2.

COLVMNA 20.

*τύφλον ἔντερον*] δύπλον ἔντερον. V. alij, τυφλοέντερον.

*Ennius. Neque diſpendi facit hilū*] dixi de hoc loco ſuperiùs, vbi de diis & infra libro. 8.

*Apexabo*] Arnobius lib. 7. Quid hæc ſibi volūt Apexabo, inſicia, ſilicerniū, longauo, quæ ſunt nomina & farciminum genera?

*Tertium fartum*] Tria igitur genera fartorū in exteis, Hilum, Apexabo & Longabo.

*Longabo*] Longauo. Arnob. lib. 7. Lōgano. V. alij Longao & Longuno.

*quod lōgius quàm duo hila*] quàm duo illa. V.

*Agumentum*] argumentum. V. augmentū. T. vt & apud Arnobium lib. 7: Augumina etiam dicuntur.

*Magmentum*] Magnentū. V. malè. Arnob. lib. 7, Non magmenta, non augmina feciſtis. adde Feſtum.

*ad religionem*] ad regionem. S.

*propter hoc montana fama*] propter hoc cūtarea. V. propter hoc magmentarea fana T.

*Itaque propter hoc mōtana fana conſtituta locis certis, quo id imponeretur matæ: ab eo quod Græci μάπαι καὶ μάπαι.*] imponeretur mactæ, & pòſt pro μάπυαι, μάπυ. V. mactæ, vel macteæ ab eo quòd Gręci ματύαι. T. nā macteæ vel mactya Athenæo omnia pretioſa edulia. Alij, μάπυαι: alij, μάπυς: alij μάγδαι, alij mactre. Scaliger ita emendat, vel ab eo quòd cùm id imponeretur mactè dicerēt. Eo ſenſu, Magmentū dupliciter dici, vel quod magis ad religionē faceret: vel quòd cùm id Deo pollucerent, mactè dicerēt. Hoc. n. veteres dicebant in pollucēda dape. Macte hocce vino, macte hacce dape. Hæc opinio defendi poteſt ex Catone de re ruſtica c. 130: 132: 134: 141. Arnob. 7. Mactus hoc vino. Seruius 9 Æneid. Mactus eſt Taurus, & 4. Æneid. Mactū verbū ſacrorū κατ' εὐφημίαν dictū, quaſi magis auctū. vnde & Magmentū dicebant: quaſi magis augmentum: adde Nonium cap. 1. in Adolere. cap. 4. in Adolere & Mactare. Iſidorum 10.

*Imponeretur*] verbū ſacrorū. Tertul. in Apologet. de decima Herculis, ne tertiā partē in arā eius imponatis. Ouid. 1. Faſt. Sacerdos imponit libū. Iuuen. Farra imponite: adde Virgil. 1. Æn. & 4: Lucanū 6. Silium 4. Ariſtot. καὶ ἐπιθεῖναι λιβανωτόν. Eſt autem imponere ἐπὶ τοὺς βωμοὺς ἐπιτιθέναι. vt Dionyſ. li. 7. vel, τοῖς βωμοῖς ἐπιτιθέναι. vt Herodianus lib. 5. loquitur.

*Item Græcè ſigillatim vt ouum bulbum*] Hic locus deprauatus Antonio: deploratus Vertranio videtur. Scaliger ita emendat, Itē Græca fingit Latium vt ouum bulbum, ὠὸν βολβόν.

*Lana ex Græcis*] non à λάχνη, ſed à ληνός, vnde λανιτοὶ Appollario & Æſchylo.

*Pœnicum quod à Pœnis*] Tibullus puniceum, purpureúmq; Tyros. illud φοινικοῦν, ſeu rubrū, & ſanguineū: hoc πορφυροῦν in cęruleū vergēs.

*ſubtemen*] ſubtegmen. V. de ſtamine & ſubtemine. v. l. ſi cui lana 70. §. 2. ff. de legat. 3. l. veſtimentum 22. ff. de auro.

*Trama quòd tranat frigus id genus veſtimenti*] trania quòd tranat phrygiū, id genus veſtimēti. V. trameat filū genus veſtimēti dēſum. A. quòd tramat frigus T. quòd trameat frugionis veſtimentū. S. Frugionia veſtimenta Itali ex voce Syriaca Ricamata: in quib. tramæ diuerſis modis retortæ & perplexi mæādri ſunt.

*tranat*] alij traniat, alij trameat. i. trāſmeat.

*denſum*] inde leuidēſis veſtis, vario filo ac leuiter denſata: cui opponitur pauidenſis vel pauitenſis dēſius texta. Vide Iſidorū 19. c. 22.

*à dentibus pectinis*] de pectine adde l. 4. C. de veſtibus oloueris.

*Panus Græcum.* Nam Græcè πῆνος & πηνίον πηνίον.

panulum:

*Forſitan hic dies appellatur potius Agonica.*] de die Liberaliorum loquitur. Eóque pertinet quod ſcribit Maſſurius Sabinus libro Faſtorum 2.apud Macrob.1.Satur.4. Liberalium dies, inquit, à Pontificibus Agonium Martiale appellatur.Martiale autem vocat, quod veteribus idem numen Bacchus & Mars. de quo vide Varronem in Menippea ἄλλος οὗτος Ἡρακλῆς.Macrob.1.c.19.

*Quinquatrus, hic dies,vnus à nominis errore obſeruatur.*] Hoc innuit,Dies quinquatrium quinque fuiſſe,cùm dies vnus eſſe debeat. Quintus ſcilicet poſt Idus Martias. Cæterũ Gloſſis quinquatria παναθήναια.

*proinde vt ſint quinque.*]vt ſunt quartus ſiue quintus.A.

*eo die.*] Quinquatrium. Faſti verò X. Kalend.April.& X.Kal.Iunij.

*in atrio ſutorio.*]ita Feſtus, in atrio ſaturio. Alexand.11.Genial.22.in atrio ſatrij.Vertr.

*ſacrorum tubæ* ]id eſt Mineruæ & Volcani: nec enim omnes Tubæ luſtrabantur, teſte Ouidio. de Tubiluſtrio adde Feſtum in Tubiluſtria.

*accerſita.*]arceſſita.S.

*Pergami prope murum Megaleſion,vbi Templum eius Deæ.*] Peſinunte, vbi Megaleſion templum eius deæ: vel ita, Pergami ἀπὸ μητρὸς μεγάλης vbi templum eius deæ. S. Eſt autem Megaleſion templum τῆς μεγάλης θεᾶς.

*Fordicidia.*] quæ Hordicidia Feſto & Varroni 2.de re ruſtica:ex promiſcuo vſu τῦ Digamma & F.Faſtis Horcicalia.

*Bos forda quæ fert in ventre.*] quæ prægnans Varroni 2.de re ruſtica,& Feſt. Græcis boues fordæ,φορβάδες.Gloſſis fordas ἐγκυμονούσας.Forba θυσία ἐγκύμονος βοός.

*Forda.*]ſic Ouidius 4.Faſtor horda Varro 2.de re ruſtica & Feſtus.Et ita paulò antè for dicidia pro Hordicidia apud eoſdẽ authores.

*in curiis complureis.*] id eſt triginta pro numero Curiarum,quæ totidem fuerunt, teſte Ouidio.

*Palilia.*] ſic Ouidius.4. Faſtorum,quæ & Parilia Ciceroni.2.de diuinat. Atheneo.Faſtis Marmoreis & Feſto in Popularia & Paribus.ſed facilis fuit mutatio τῦ L. in R. vt in Remuribus & Lemuribus. Cæterùm notandum hoc eſt obiter Paliliorum die Romam conditam,XII.Kal.Maias.

*Cerealia.*]in hac pompa ouum poni ſolitũ Varro 1.de re ruſtica 2.

*vinalia.*]dies quo Ioui vinum nouum libabatur. vide Feſtum in Calpar. Macrob.1. Saturn.4.Græci πιθοίγια. Plutarchus ſympoſ. 3.Priora X.Kalend.teſte Ouidio (IX Plinio) Poſteriora XIII.Kal. Septemb.& his poſterioribus quæ hîc dicuntur à Varrone, magis conueniunt quàm prioribus, quibus nemo tunc vindemiam auſpicatur. Porro quod de vino diximus, idem penè in frumento.Nam quod primò præmetebant ſacrificij cauſa, Præmeſſum Latinis, vel Præmetium teſte Feſto.προλογία Laconibus: quòd verò poſt meſſem offerebant Cereri,florifertum.

*aliquot loceis vindemiæ primùm à ſacerdotibus publicè fiebant.*]ſic Athenis quandiu ferueret muſtum,religio erat tangere. Plutarch.ſympoſ.8.

*vt iuſſit vinumlegere*] vuas. eadem forma à Catone vinum pendens dicitur.

*aqua facit.*]aquam facit.

*facit.*]id eſt ſacrificat.

*inter cuius exta cæſa & porrecta.*] Exta cocta cædebãtur: deinde proiiciebantur in terram. Iis proiectis res diuina facta videbatur.Quid cæſa & porrecta,vide Feſtum in Exta & Proficiæ.Nonium in Profecta Macrob.1.Saturn, 16.in pr.

*flamen prorſus vinum legit.*] mos enim fuit vt flamen prior auſpicij cauſa vinum legeret.

*Robigalia.*]alij Rubigalia, ea fiebant viij. Kal.Maij.

*ſecundum Tiberim.*[id eſt vltra.

*Iunio menſe.*]Iulio menſe.T.vide Ouid. & Macrob.

*Populifugia.*] quæ opinor Fugalia,& Fugialia appellat Auguſtinus 2.de Ciuitate 6.

*Nonæ Caprotinæ.*]vide Macrob.1. Satur.11.

*mulieres ſacrificant.*] mulieres liberæ,& ancilæ ſacrificant.Vertr.vide mox addit Varro, ob hoc togam prætextam datam eis, aliàs ingenuorum mulierum prętexta, promiſcua & communis erat.& ex Macrobio 1.c.11.apparet, Ius togæ, ea die ancillis datum, quòd habitu matrumfamiliâs & virginum aſſumpto hoſtes fefelliſſent.

*ſacrificant.*]ſacrificantur.Veteres ita habẽt. & antiqui quoque ita locuti,teſte Nonio.

*ob hoc toga prætexta.*)cur toga. V. Vertr.togata prætextata. Turnebus ita legit,exiſtimans hũc locum referri ad fabulas togatas, quarum ſpecies Atellana,Prætextata,& Tabernaria, citátque ad id Horatium,illo loco, vel qui prætextas, vel qui docuere togatas. verùm hîc nihil de prætextatis fabulis.& hic locus ad prætextarum vſum Nonis Caprotinis ancillis permiſſum referendus.

*Apollinaribus ludeis docui populum.*] locus eſt mutilus,vt coniicere licet ex libro 25. & 27. Liuij.Fiebant autem hi ludi ante iij.Nonas Quintil.

*cui eo die*] xiv.Kal.Septemb.

*in portu Tiberino.*] in ponte. Æmylio.T. propè portam Colinam.Vertr.

*vinalia ruſtica.*]diuerſa ab vrbanis quæ Ioui fiebant.ix.Kal.Maij menſe Veneri ſacro.

*ante diem xij.*]*kal.Sept.*ante diem xiv. Kal.

Sept. Anton. Auguſt. & Vertr. ex Faſtis.

COLVMNA 34.

*quòd tum Veneri dedicata ædis.* ] hinc facilè coniici poteſt cur Menipeam ſuam Varro inſcripſerit Vinalia περὶ ἀφροδισιῶν. Vertr S.

*orti eius tutelæ aſſignati.* ] Idem Varro confirmat 1. de re ruſtica in Veneris tutela hortos fuiſſe. Næuius Coquos edit Neptunum Venerem, Cererem. id eſt, piſces, olera, panem.

*Volcanalia.* ] X. Kal. Sept.

*Opeconſiua.* ] Opiconſiua. M S. ea fiebant viij. Kal. Sept.

*ſcriptum id dicitur.* ] tritum id dicitur.

*dicitur vt à ſuffiendo ſubligaculum.* ] dicitur à ſuffiendo, vt ſubligaculum A. dicitur à ſubterfiendo. T. dicitur à ſuffiendo: vt à ſubligando, ſubligaculum, quidam ita legit: Feſtus ex eo dictũ putat ſuffibulũ quòd fibula cõprehenderetur: ſed Varro ad Veſtales hoc refert: quæ maximè omnium ſacerdotũ ſuffitionibus vtebantur. v. Nonium & Feſtum in Exfit.

*cùm dicant, Nouum vetus vinum bibo: nouo veteri morbo medeor.* ] ita quoque apud Feſtum in Meditrinalia. Alij ita legũt, Nouum vinũ vetus libo: vetus vinum, nouum libo. Nouo veteri vino, morbo medeor. vt hoc dicat Varro, Meditrinalibus muſtum vinum nouum libantes & guſtantes boni ominis cauſa vetus dixiſſe. ita enim Feſtus. Plinius 28. c. 2. Cur ad primitias pomorum, hęc vetera eſſe dicimus, alia noua optamus?

*veteri nouo morbo medeor.* ] ſic antè vinum & nouum & vetus libari & deguſtari medicamẽti cauſa. & Plutarch. 14. ſympoſiar. refert nouum vinum bibentes ſolitos fuiſſe precari ἀβλαβῆ καὶ σωτήριον αὐτοῖς τῦ φαρμάκου τὴν χρῆσιν γενέσθαι. S. & à medẽdo Meditrina dea medendi & meditrinalia.

*Fontinalia.* ] ita Feſtus. vnde porta Fontinalis: alij Fontanalia.

*Saturnia* ] gloſſis κρόνια.

*Armiluſtriũ.* ] vide Feſtum in Armiluſtriũ.

*Opalia.* ] vide Macrob. 1. Satur. 10.

*Angeronalia.* ] feriæ diuæ Angeroniæ. Macrob. 1. Satur. 10.

*ab Angerona.* ] dea, animorum angores depellẽte, quam ita vocat Feſtus in Angeronæ. Macrobius 1. Saturnal. 10. Angeroniam Plinius 3. c. 8. eam Angeronam vocat: non malè. Nam eius ſimulachrum erat obligato & obſignato ore. deáque ἐχεμυθίας exiſtimabatur. Huius Feriæ verò XII. Kal. Ianuar. ei faciebant rem diuinam Pontifices in Volupiæ ſacello.

*cui ſacrificiũ fit in curia Accalia. feria Laurentinæ is dies.* ] cui ſacrificium fit eo die: ac cuius feriæ publicè, Laurentinæ is dies, &c. S.

*in Curia Accalia.* ] in Curia Acculeia. T. alij in curia Acuſeia.

*Laurentalia.* ] Laurentinalia. Macrob. 1. c. 10. Larentalia Feſtus.

*Sexto.* ] Feſto. Macrob. S.

*qui atra dicitur.* ] qui Acca dicitur. rectè. nec enim atra die licebat ſacrificare, & alioquin Accæ meminit Gellius 5. c. 7: Macrob. 1. c. 10. Scaliger ita emendat, quia altera dicitur ob ditem Tarruntium, Acca Tarruntia. quaſi diceret Varro, Laurentinæ feriæ ab Acca nutrice Romuli, quæ Laurentia cognominata eſt, non ab ea Acca quæ nupſit Tarrutio nobili & diuiti viro. Eius meminit Auguſtinus licet à quibuſdam Tarrutius: ab aliis Taratius: ab aliis Tarratius nominetur.

*& dicunt hunc diem Tarentini, Accas Tarentinas.* ] & dicunt hunc diem Tarentini M S. Turneb. qui tamen totam hanc ſententiam interpungit.

*faciunt Diis manibus ſeruilibus ſacerdotes.* ] faciunt Diis manibus eius ſacerdotes Vertr. alij, faciunt Diis manibus eius ibi ſacerdotes: vel faciunt diis manibus aruales ſacerdotes. rectè. Nam Accæ rem diuinam faciebant aruales ſacerdotes.

*Septimontium ab his ſeptem montibus.* ] Velia ſcilicet, Fagutali, Suburra, Cermalo, Ciſpio, Oppia.

*feriæ non populi ſed montanorum modo.* ] non populi modò, ſed montanorum. vt hoc dicat Varro, Septimontium fuiſſe ferias non populi, ſed montanorum tantum. Et ita eſt, Septimontij etymon à ſacris montanorum eſſe. montanorum, inquam, ad eorum differentiam qui in humilibus locis habitant. Vt ex hoc loco conſtet, non modò habitam fuiſſe differentiam apud Romanos mõtanorum, & eorum qui in humilibus locis (quod & apud Athenienſes factum, quorũ alij ὑπακρεῖς alij πεδιεῖς) ſed montanos & paganos (de quibus mox dicetur à Varrone) ſua ſacra ac collegia in vrbe habuiſſe. Cicero pro domo, Nullum eſt in hac vrbe collegium: Nulli pagani aut montani qui de mea dignitate non decernant.

*vt paganalibus qui ſunt alicuius pagi.* ] vt Paganalia, quę ſunt alicuius pagi. M S. vt paganalia eorum qui ſunt alicuius pagi. ita lego. Paganaliorum meminit Macrob. 1. Satur. 16.

*eorum qui ſunt alicuius pagi.* ] Pagi, inquam, etiam in vrbe & Paganos hic opponi montanis conſtat. porro cùm paulò poſt dicat Varro de feriis Paganicis, apparet Varronẽ diſtinguere Paganalia à Paganicis feriis: priora, feriæ priuatæ alicuius pagi: hæ omnium. Et Paganorum quidem Dea Ceres, quæ & Empanda Nonio cap. 1. in Panderę numero 209.

*De ſtatutis dixi.* ] de ſtatis dixi. M S. malè. Nam ſtati dies profeſti Macrobio: 1. c. 16. ſtatuti, certi ſolennes ac conſtituti quorum obſerua-

ſeruationes ex Faſtis notabantur:quo ſenſu Cicero ſolenne & ſtatutum ſacrificiũ dixit. Solennes feriæ,extra ordinem impoſitis feriis opponuntur in l.6.§.ſt.ff.ex quibus cauſis maiores: & repentinis in l.3.Cod.de dilationibus.

*de annalibus dicam*] id eſt anniuerſariis,nõ tamen ſtatutis, ſed conceptiuis: quæ indicebantur quotannis.

*ſacrificatur*] ſacrificant.

*ſementinæ*] ſementiuæ,ita.M.S.& Feſtus.

*Paganicæ*] quæ diuerſæ à Paganalibus, de quibus paulò antè. etſi Paganalia in conceptiuis numerat Macrob.1.Satur.16.

COLVMNA 35.

*Nouendialis*] Nouendiales.Nouendiale ſacrum, à nouem diebus quibus feriabantur, indicebatur, quoties lapidibus pluerat. adde Feſtum in Nouendiales.

*Calentur*] calantur.M S.id eſt pronuntiantur.

*Curia Calabra*] quæ in Capitolio prope Romuli caſam. vide Feſtum in Curia. Macrob.1.Saturn.15.

*ſic dictæ, Quinque calo* &c.] ſic dicto quinquies, Kalo Iuno Nouella vel ſic, Dies te quinque Kalo Iuno Nouella.Septem dies te Kalo IunoNouella.Scaliger:eo ſenſu,Quinquies, cùm quintanæ erant futuræ Nonæ dicebat: ſepties, cùm ſeptimanæ. Macrobius Saturnal. 15. refert, priſcis temporibus Pontifici minori hanc prouinciam delegatam, vt nouæ lunæ primum obſeruaret aſpectum, viſámque regi ſacrificulo nunciaret. Itaque ſacrificio à rege & minore ſacrificulo celebratis populo calato,id eſt vocato in Curiam Calabram (quæ caſæ Romuli in Palatio proxima erat) quot numero dies à Kalendis ad Nonas ſupereſſent, pronuntiabant: & quintanas quidem quinquies dicto verbo ΚΑΛΩ.Septimanas,eodem verbo repetito ſepties.

*Iuno Nouella*] Iuno Couella.V. non malè. à coho(quod eſt cauo & cœleſti)quę eadẽ ac *κοιλία*. Cæterùm Nouellã an Couellã Iunonẽ legas, nihil intereſt. Eadem autem erat quæ Luna & Lucina:quam mulieres,vt viri ſuum genium,habebant.In eiuſdem tutela Kalendæ Macrob.1.c.9. vnde Kalendaris Iuno.Macrob.1.cap.15. Neque hoc prætermittendum quod hoc loco vir doctiſſimus coniicit poſſe & ita legi, Iana Nouella. quomodo & apud Varronem in libris de re ruſtica.

*ferias primas*] id eſt celebriores. niſi malis legere ferias priuas.

*Tuſci Itus*] apud Macrobiũ Satur.15.Itis,vbi alij Idis,eſſe verbum Tuſcum, quod Iouis fiduciam interpretatur, quòd Idus Ioui conſecratæ:vel à videndo,Vidus quòd eo die plena luna videatur:vel διὰ τὸ εἶδος, quòd eo die plenam ſpeciem Luna demonſtret, vel ab oue Iduli,quam Tuſci omnibus Idibus immolabant,vel ab Iduare Iduare, quod Hetruſca lingua ſignificat videre,vt ſint Idus,dies mẽſem diuidentes.

*poſtridie Kalendas*] vide Afranium Fratriis. Ouid.Plutarch.Macrob.Gell.

*dies noui inciperent*] nihil noui inciperent. T.vide Gellium.

*omnia verba*] id eſt Do,dico,addico.

*Comitiales*] hi contrarij nefaſtis. Plautus Pſeudol. Iſtorum nullus nefaſtus, Comitiales ſunt meri.adde Macrob.1.c.16.

*Itaque non poteſt agi, neceſſe eſt aliquo eorum vti verbo*] ita quia non poteſt lege agi, neceſſe aliquo vti verbo, cùm quid peragitur. Vetr.antea legebatur.Neceſſe eſt enim &c.

*Q.Mutius*] C.Mutius.M S.

*abnegabat*] ambigebat.A.

*Interciſi*] vide Macrob.1.c.16.

*Quando Rex comitiauit fas*] Comitiauit, id eſt,ſacrificauit in Comitio,vel in Comitium venit.Fas,id eſt,Faſtus dies eſt.vide Feſtum in Quando Rex comitiauit fas.

*Rex*] herus,vulgata:& malè.

*fas*) fiſſus.Gyrald.libro de anno & menſibus,quaſi hic dies in Faſtis interciſus.

*dicat ad Comitium*] itat ad Comitium. Hoc enim vult Varro his verbis, Quando Rex comitiauit, fas: Regi ſacrorum in Comitium ire non licuiſſe, propterea quòd neque magiſtratum, neque verba ad populum habere poterat, niſi hoc die qui notatus eſt in Faſtis.Ibat enim in Comitium ſacrificij cauſa,eóque properanter patrato, protinus fuga ſe è Comitio corripiebat, teſte Plutarcho. proinde notas illas Q.R.C.F.quæ leguntur in Faſtis, quidam interpretantur, Quando Rex Comitio fugit. Ouidius, Quatuor inde notis locus eſt,quibus ordine lectis, vel mos ſacrorum,vel fuga Regis ineſt.

*Quando ſtercus delatum fas*] vide Feſtum in Quando ſtercus delatum fas.

*pertineat*] pertinet.

*Iunius Gracchus*] Iunius Gracchanus.M S. citatur in lege vnica.de officio Quæſtoris.

*cuius nomen ego, antiqueis litereis, quod nuſquam inueni*] rectè, nec enim ſub antiquis regibus Veneris nomen nec Latinum, nec Græcum, teſte Macrobio 1. Saturnal. 12. & Arnob.2.

*quòd ver omnia aperit, Aprilem*] quaſi Aperilem.vide Macrob.1 Satur.12.

COLVMNA 36.

*à die Februato*] id eſt à Lupercalibus.

*teſtatur antiquum oppidum Palatium*] luſtratum antiquum oppidum Palati.S.

*gregibus cinctum*] de gregibus Lupercorum intelligit, quorum alij Fabiani, alij Quintiliani dicebantur. T. de quibus vide Feſtum in Fabiani. ſed tamen Scaliger ita legit, gregibus humanis cinctum. eo ſenſu: Circa vetus oppidum initio greges paſtos fuiſſe: eo verò in vrbem incluſo, cinctum gregibus humanis.

*verborum declinantium*] verborum declinationē T. Declinationes, deriuationes, inflexiones, à primigeniis ſeu primitiuis.

*adſignificat*] id eſt, conſignificat.

*diſcrimina*] diſcriminum.

*aliquo*] alió. A.

*vna. In nullis*] vna nullius. Vel vna cum multis, V. vna in nullius. T.

*erant*] erunt.

*præuerbiis*] id eſt præpoſitionibus.

*& deceſſit, & conceſſit*] & deceſſit, & diſceſſit, & conceſſit. Vert.

*hæc decem*] Re, ad, ab, in, ex, ſub, de, dis, con, præ. proinde rectè emendatum ſuperius, receſſit, acceſſit, abſceſſit, inceſſit, exceſſit, ſucceſſit, deceſſit, diſceſſit, conceſſit, præceſſit.

*diſcrimina*] diſcriminum.

*Democritus*] Epicurus. T.

*ſecuti & item alij*] ſecutus, quod, Vertr. ſecutus T.

*poſtulet*] poſtuletur. S. vt ſit Helleniſmus: nam & ſic dicitur, Exigi pecuniam.

*non poſtulat*] non poſtulatur. S.

COLVMNA 37.

*Locus*] locutus. V. pro, de iis difficile eſt loqui.

*quorum repertum*] quorum in promptu. A. quorum in partu. V. T. id eſt, quorum in origine.

*& cùm hoc agitamus*] & cùm hoc cogitamus. V. cùm nos agitamus. S.

*Coactio*] coemptio, vel coitio. V.

*apud fullonem cùm cogitur, conſiliari dicitur*] Conſiliari, pedibus argutari, Titinnio in Fullonibus. A Fullonibus, ſaltus Fullonius. Senecæ Epiſt. 15.

*cogitur*] coacta veſtimenta ex pilis, vocamus Feltra.

*conſiliari*] conciliari. V. Conciliare: Fullonium verbum. Græci συμπιλοῦν, πιέζειν, ἰπνοῦν καὶ συμπατεῖσθαι.

*ſic alia vt Libentina*] ſic alia Lubentina. Ita Vetus: ita Nonius, & Auguſt. 4. de Ciuitate 8. alij ita, vt Libentia. alij, ac Venus Libentina & Libitina, ſic alia, &c. Id autem epitheton Veneris fuit, teſte Plutarcho, in Romanis & in Numa. ab ea Libitinarij in eius templo, quæ ad Libitinam & funera pertinebāt, vendebant. Gloſſis Libitinarius, ἐνταφιαστὴς, qui & alio loco νεκροθάπτης, & veſpillo, ſicuti νεκροκαυστὴς, Rogarius, & buſtuarius.

COLVMNA 38.

*Mamurium Veturium*] Mamuriam veterū. Vel Mamuri veteri. V. Ex hoc loco conſtat multis in rebus, certa nomina dicis cauſa vſurpata. vt in Nuptiis Caiæ & Cæciliæ & Talaſſionis: in Veſtali capienda, Amatæ 11. Gell. 12. Nonis Caprotinis, Caij, Marci, Lucij: in cenſu vel delectu faciendo, Valeſij, Saluij, Statorij. & breuiter, in ſacrificiis & aliis multis, bonis nominibus aliquos eligebant. ſic in Saliari carmine, boni ominis cauſa, Luciam Volumniā, & Mamuriū Veturiū nominabāt.

*Terentius ait*] Iuuentius ait, vel Iuuentinæ ait. V. ſed nihil impedit P. Terentium hæc ipſa ſcripſiſſe in Comœdia Agnorizomene. de qua Feſtus. ac præterea, duo Terentij fuere, vnus Afer: alter Terentius Libo.

*ſic cum*] ſic enim.

*narrum*] gnarum. id enim abſque g veteres dicebant.

*adiicienda*] à tacendo. V. à iacendo M.S. à dicendo. T.

*pueri dicuntur infantes*] vide Æſchylū Choëphoris.

*fatuus*] locus mendoſus. A. fatuus nec fari. T.

*fari*] προφητεύειν.

*iidem vaticinari*] fatui primò pro vatibus, poſtea pro veſanis accepti. Sic apud Platonē μαντικὴ quaſi μανικὴ.

*poeteis*] pœnateis. A.

*faſti dies*] vide ſuprá.

*extra vrbem agris effati*] vide Priſciamim.

*effari templa*] adfari templa. V. τεμενίζειν Græci, ſiſtere fana, Feſto & Tacito.

*pollutum*] polluctum. vt infrá.

*inde Herculi decima data eſt*] Macrobius 3. c. 12. Re bene geſta decimam Herculi profanauit. adde quæ de decimis ſcripſi ad l. 2. in fin. ff. de decimis.

*id dicitur. Pollutū &c.*] id dicitur pollutum A. Plaut. vt decumā partē Herculi pollucea.

*Pollutum quod à porricendo*] cur non potius à pollucendo? niſi fortè pollucere, à porricere eſt.

*porrecta*] proiecta A. malé. Hinc Macrobius 1. cap. 6. Inter cæſa & porrecta fari. *Porricere* verbum ſolenne fuit ſacrificantibus, 3. Macrob. 2. Virgil. 3. Æneid. Extáque ſalſos porriciam in fluctus. Hinc illa, exta porriciunto. Plaut. Pſeudol. ait, Scen. 3. In manibus exta teneam, vt porriciam.

*pollutum*] polluctum, vt ſuprá. Id autem verbum ſólenne ſacrificantibus. Cato de re ruſtica c. 132. Ioui dapem polluceri. Plinius 32. c. 2. Ne ſquamoſi piſces pollucerentur: Feſtus. Herculi eſculenta poculentáque pollucere. Eſt autem diuerſiſſimū pollucere à polluere.

vt cum

*vt cùm*]at cùm Gyrald.17.hiſtor.Deorum.

*profanum dicitur*]profanatum dicitur.T.

*Prætor vrbanus*] Populus Romanus Vertr. malè. nam Prætor vrbanus in eo ſacrificio laneam geſtabat.3.Macrob.12.5.

*iuuencam*]vide Halicarnaſ.Liuium.Virg.8.

*falli*]à Græco σφάλλω & φάλλω.

## COLVMNA 39.

*tranſlatione*]tranſlatio V.tranſlatitio.Vertr.

*pes betæ*] ita etiam loquitur Varro 1.de re ruſt.eo verbo intelligit propagines betarum.

*Famiger, Affabile*]famigerabile S.ita quoque Sipontinus legit.

*& fatuus & fatue*]fatuus & Fautus. Vertr. Fatuus & Fatua.A.Macrob.1. Saturnal.13.vi.

*loqui ab loco*] Imò potiùs à λόγος, vel λέγω.

*quiſque*]quidque.

*in fanis Sabinis*] ſumptum id videri poteſt ex aliquo veteri ſcriptore.

*ad aliquam locutum*] ad aliquem locum V.

*conſulendi*]conſolandi.V.T. παραμυθεῖσθ.

*concinnè &c.*] continuè loqui à cõtinuo V.

*à concinnè*] à concinno A. à concino T. id eſt conſono à cinnare, S. à cinno Nonius.

*reſpondent*]cudant V.cadunt S.

*proſcenio*]in proſcenio A.

*poeta cogitante*] Terentius, cogitare commodè.

*ab his rebus*] ab queis rebus V. à nouis rebus T. vt nuntium à nouo interpretetur.

*Ælius*]qui & Stilo & Præconinus vocatus eſt, Varronis magiſter.

*ſenes aliquot nimium nouum verbum*] ſenes alij quod nimium &c. vide 10. Gell. 21.

*nouum verbum*] eo vſus eſt M.Cato, Salluſtius, Cæſar in oratione pro Roſcio Comædo & aliis locis: & vetus interpres Nouellæ, de Lenonibus 14. ἐσχάτας ποινὰς vertit, nouiſſima ſupplicia, quę Iulianus interpres vltima. & in Nouella vt defuncti cap 2. nouiſſima ſententia, pro vltima ac definitiua.

*quomodo addita*]quom additæ A.

*in legibus*]XII. Tabularũ: dixi ad leges XII. Tabularum, Titulo de pactis.

*vbi nuncupatæ pecuniæ ſunt ſcriptæ*] id eſt in quibus legibus fit mentio nuncupatæ pecuniæ. Ne alioquin putes, hic à Varrone, nuncupatas pecunias appellari, quæ ſint ſcriptæ.

*quis eſt qui meum nomen nuncupat*]apud Cenſorinum, Quis meum nominans nomen excier.

δικάζω, δίζω.

*poteſt*] cupit.

## COLVMNA 40.

*indicit illum*]indicit bellum.V.T.indicit illicium S.

*indixit funus*] indictiuum funus S. indictiuum illi funus prædicit T. vide Feſtum in Indictiuum funus.

*prodixit diem*]prædixit diem. V.malè. Prodicere diem eſt diem antè denunciare.

*dictum in mimo*] dictum in mimo, idem quod dicterium.

*dicta ducibus*]dicta à ducibus MS. dice ibus T. dictum à ducibus παράγγελμα, teſſera.

*dicis immo*]dicitur in imo. V. dicũt in o MS. dicitur immo. V. dicunt in os T. niſi fortè, dicuntino, ſit Imperatiuus, ea forma qua præfamino apud Catonem, progredimino apud Plautum in Pſeudolo.

*dicis cauſſa*] ſic dicis gratia in l.4. ff.commodati, vbi pleniùs dixi de ea re. hoc adiiciendum, Dicis cauſſa Soſipatro eſſe nomen indeclinabile vnius tantùm caſus, & quidem genitiui.

*ſi dico quid ſcienti &c*] locus mendoſus A. Vertr. ſic dico quid ſcienti, quod &, &c. T. ſi dico neſcienti quid & quod ignorauit trado; hunc doceo. Id declinatũ, vel quòd cùm docemus, dicimus.

*ratio putari dicitur*]putare rationem Plutarcho in tractatu de Adulatore, ἐκκαθαίρειν λόγισμον. ſic in lege l.31.§.3. ff. de negotiis, putare ſumptus: in lege Thais 41.§. Titius 7. ff de fideicommiſſ. libert. putata ratio.

*diſputare*]diſputat.

*cuiuſque generis*]vniuſcuiuſque generis A.

*Sermo à ſerie*]vel ab εἴρω vel ab ἔρω.

*& in veſtimento ſartum*]Imò ſartum deducitur potiùs à ſarciendo quàm à ſerie. Sarcire eſt integrum facere: vnde ſanè ſartéque in Augurum libris, id eſt integrè. Feſtus in Sarte. hinc Sarta, tecta. in l. 7. §.1. ff. de officio proconſulis. l.7.§.2. ff. de vſufructu: l.7.§.2. ff. ad l.Iul. repetundar. vbi quidam legunt ſarcta, non ſarta.

*ſic Augures dicunt, ſi mihi auctor es verbi*] hoc in precatione ſua dicebant augures: Iouis pater, ſi mihi auctor es verbi, populo Romano Quiritium hæc ſanè, ſartéque eſſe, vti tu nũc mihi benè ſponſis benéque volueris.

*Ex iure manu conſertum vocare*] ex iure, manuconſertum vocare. V. adde quæ ſcripſi ad leges XII. Tabularum, Titul. de poſſeſſionib.

*nam adſerere manu*]locus eſt interpolatus. alij ita legunt, manum adſerere. adde Feſtum in Adſerere. & in Sertorem.

*Conſortes*] vide Feſtum in ſors. l.14. Cod. de contr. empt.

*ſors eſt impendium quod inter ſe iungat*] quod in ſortem, vel quòd ſorti ſe iungat. Malaſpina in 6. ad Atticum. 1. ſors eſt quod inter ſe iũgit. T. In iure, ſors, pecunia principalis quibus vſuræ accedunt, & lib.4.§. in f. ſors, quod ſuum fit ſorte. adde l.24. ff. de vſufructu legato: l. pen. §.1. ff. ad l. Falcid. l.58.§. cùm autẽ. 6. ff. ad Trebell.

*legumina*] vide Varronem 1.de re ruſtica.
*murmuranti.a littora*] ſic venter murmurari dicitur.vide Nonium in Murmurari.

---

COLVMNA 41.

*Quirites à Curenſibus*] à Curetibus V.Vertr. alij à Curibus.
*& ab iis*]id eſt ab iis.
*Itaque hos imitatus Apriſsius ait in Bacche*] imitans Chryſippus in bucco, quis me iubilat? vicinus atus antiquus. V T. Apriſſius in Bacche. V.Itaque hoc imitatus aptè Attius in Bacchis.vel,Itaque hoc apertè Attius.S. Bacchas vertit ex Euripide Attius.Eſt tamen qui Chryſippi nomine perſonam ex Tragœdia Attici intelligat.
*à θρίαμβω Græco*]θριαμβεύω.
*ſua voluntate*] quidam putant hæc verba ſupereſſe:ac proinde hoc loco ſponte ſuapte, id eſt ſua voluntate.
*Terentius*]in Adelphis:vbi tamen hæc verba paulò aliter referuntur.
*qui idem vt faciat*]qui id dum facit V.T.
*conſponſi*]fide mutua obligati.
*quæ pecunia*]qua pecunia. Sipontinus & T.
*contra ſponſum rogata*] id eſt ad mutuam quandam ſponſionem. Itaque proximo libro legitur,ſponſus cõtra ſponſum rogatus, id eſt ad ſpondendum rogatus.adde 4.Gel.4.
*non enim ſi volebat*]non enim ſi nolebat V.
*cum ſpondere*] conſpondere.T. id eſt ſimul dicere:ſic, reſpondere poſt alium dicere.
*cùm à ſponte reſponderetur*] ad ſpontem reſponderent.T. id eſt ad voluntatem:ſponte tamen in ablatiuo vt frequentius inuenias: cum genitiuo etiam nonnunquam. hinc apud Gellium homo ſuæ ſpontis.
*non ſpondet ille ſtatim qui dixit ſpondeo, ſi iocandi cauſſa dixit*]huc pertinet lex 3.in f.ff.de obligationibus & actionibus.
*ſequere &c.*]ſequere ſequere Polybadiſce: meam ſpem cupio conſequi. Polyb.ſequor hercule quidem, nam lubenter mea ſperata conſequor.adde Nonium in verbis Inter ſperatam,dictam,pactam & ſponſam.
*Hercule*]hercle A.
*ſperata*]ἡ μνηστευθεῖσα pro denupta accipitur apud Plautum in Amphitruone & Afraniũ. vide Nonium d.loco.
*& quod*]& non.
*dicunt*]dicitur.MS.Vertr.alij dicitur.
*neque illa ſperatur &c.*]neque ille ſperatus qui dicitur adoleſcens:neque illa ſperata eſt: eo ſenſu,cùm ſine ſponte dicunt,verè neque ille ſperatus eſt,qui dicitur adoleſcens,neque illa ſperata eſt.

---

COLVMNA 42.

*vas*]hinc vadari Liuio 3. vades autẽ ideò dicti quòd qui eos dederit,vadẽdi,id eſt diſcedendi babet poteſtatem. Acro ad illa verba Horatij 1 Satyr.1.Ille datis vadibus. Gloſſis,vades ἔγγυοι, ἀνάδοχοι vadatur κατηγγυᾶται, μετὰ παραγγελίας συντάσσεται.
*qui pro altero vadimonium promittebat*]etiam in cauſa criminali.Liuius 3.Gloſſis vadimonium ἐγγύαι ἐκδόσια.
*vades ne darent*] alioquin ordinarium erat fideiuſſorem à venditore dari.l.vlt.§. vlt.ff. de reſcindenda. Primus vades dedit Cæſo Quintius teſte Liuio. vide Demoſthenem, κατὰ τιμοκράτους.
*nec ſine canendo tibicines dicti*] ſic ſuprà lib. 4,Nec vinalia ſine vino: nec Curia Calabra ſine calatione poteſt aperiri.
*alterum cum præpoſitione*] cum R poſitione. Vertr.vt id dicat,oſmen & oſnamen (quod poſtea ornamentũ dictũ eſt.S in R mutato) non idem eſſe. aliàs in oſmen & oſnamen nulla præpoſitio eſt.
*facit fabulam*]id eſt Comædiam:verbi gratia,Andriam,Perinthiam.
*& qui aliquid agit non eſſe infitientem.*]ſic vocabãt otioſum. A. Auguſtinus putat locũ eſſe deprauatũ.Scaliger ita emẽdat, Et qui aliquid neget,eſſe inficientẽ.rectè, vt Negare, non agere eſt:ita inficientẽ eſſe, nihil facere.
*adlucet*]adlucere eſt cereum aut facem ferre.Plaut.Curcul.Luces cereum:in Caſina,Lucebis nouæ nuptæ facem.
*ab luere & luce diſſoluuntur tenebræ*]ab ad & lucere.V.abluere MS:alij ablute:alij ab luce. ego ita emendo,Id ab eluere, & luce diſſoluuntur tenebræ.
*Noctiluca*]id eſt Luna.
*Lucere item à luce*]Luci item à luce, quod &c.Lucaria item à luce,quòd propter lucem amiſſam is cultus inſtitutus.S. vide Feſtum in Lucaria.
*quæ res*]id eſt aliqua res.
*conquæſtor*]quæſtor.
*Actiaticum illud*] Articum MS.Arcticũ. V. Actiacum. T.vitium illi obtulit, violauit: quod incidit in inuidendum, vel quod incidit in videndum.S.
*obliuio lauet*] obuiolauit.V.

COLVMNA 43.

*cum muliere fuiſſe*] ſic Cicero de Fato, pro connubere:τὸ συνεῖναι.
*Cerno idẽ valet.Itaque pro video*] Cerno pro video,atque idem valet.Vertr.
*in membreis*]in tenebreis.
*Cerno à creo*]à κρίνω MS.à cereo. V. quod idem ac creo. Nam & in Saliari carmine Ceruſmanus eſt creator bonus. & Ceres quòd omnia creat,Cerno à κρίνω.S.
*deſcripti*]diſcreti.
*& qui id in teſtamento*]& quod in teſtamẽto cernito.T.& quid in teſtamento.V.& qui id in teſtamento dicit vel iubet. Vertranius ita le-

ita lego,& cernito in teſtamento,&c.dixi ad Vlpianum,& libro ſuperiore.

*in creatione*] in cretione. vide Vlpianum c. 22.cap.28.

*adhibere iubent*]adhiberi debent,Vertr.

*ab eodem*]Ennio.

*vitam cernere*]multa cernere.V.malè.Nam ter ſub armis vitam cernere dixit,ex Euripide.& alibi,vitam cernamus vtrique,id eſt,de vita decernamus.

*vos epulo*] Nos epulo. V. apud Feſtum ita legitur, Quos vbi Rex paulò ſpecit de montibu celſis. vbi dixi de huius loci lectione.

*qui habeant ſpectionem*]vide Feſtum:Ciceronem Philipp.

*quo oculos inungimus &c.*]oculo iniungimus. V. ita lego, quod oculo iniungimus: quo ſpicimus,ſpecillum.

*poetæ*]Ennij,ſcilicet.videtur autem hic locus ſumptus ex Ennio: citatur autem à Cicerone.

*aut auſculto*] & auſculto.alij,haud auſculto.ſic audire & auſcultare opponuntur apud Cæcilium & Pacuuium.

*Repotatio*]Repotia.A.

*antiquum non vt nunc φρέαρ*] antiquum πότηρ non vt nunc φρέαρ dictum.S.

*mantellium*]mantellum.V.mãtelum,Plauto.

*manuterium*]manutergium.A.χειρέμακτρον, χειρομάκτρον,μανδύλιον.

*nuntium erit*]nuntiatum erit.nuntiamus in lætis:obnuntiamus in malis.

*Quod bonum &c.*]huius formulæ,meminit Cicero,& 2.de diuinatione,& Liuius.

Colvmna 44.

*de mœris*]ἀρχαϊκῶς pro muris.

*voca inlicium hoc ad me*] antiquum,pro huc ad me.vide Feſtum.

*murrha, vnguentiſque vnguntur*] diſtinguit inter murrham & vnguenta.murrha ſuo cõſtat ſucco:vnguenta compoſita ſunt.

*poſt autem*]poſtante.V.poteſtate.T.prior lectio non mala: nam & ita Latini,Inante dicunt.

*conuentionem*] pro concione id vſurpatur, vt Vertranio neceſſe non fuerit mutare in concionem. Gloſſæ,Conuentio, συνέλευσις, σύνοδος.

*C.Calpurni*]C.Calpurnio.

*Iudices*]id eſt,Conſules. ſic Conſulere pro iudicare.Qui rectè conſulat,Conſul fuat.vide Feſtum.

*Hic accenſo, illic præconi*] Hic accenſo,ille præconi.

*Idem vt præco*] item & præco.A.

*Bæotia*] An hæc comœdia ſit Plauti,vide Varronem apud Gellium 3.c.3.

*alij eſſe dicunt*] M.Attij. A. Aquilij Vertr.3. Gell.3.M. Accij Plauti.M.S.Ælij S.

*circum aras*] circum aures.M.S.circum aureas,vel circum mœros, vt & ſuprà & infrà: niſi aras pro mœris intelligas.

*inquiſitionis*]anquiſitionis.

*accuſaui*]anquiſiuit.

*mittas auſpicium*]id eſt qui nuntiet ſecundũ auſpicium.

*commeatu n. Prætores vocet ad te*] Cùm eat præco,reum vocet ad te.

*cornicine*]cornicem.V.

*ad priuati ianuam*] Huius moris facit mentionem Plutarchus in Gracchis. Tacitus 2. Annal.

*Argentarij tabernas*] quæ in foro.

*ex ara*]exire.

*concionem aduoces*] concionem auoces.

*quod adtingat*]id eſt,quod incipiat.

*Cenſoribus*] antea legebatur ceſſoribus. vt coſſ.pro conſulibus.

*Claſſicus canat*] Claſſicum canat. A. malè. nam claſſicum,Tuba: is qui tuba vtitur,claſſicus. Claſſicum autem à claſſibus populi dicebatur, quæ in comitia centuriata conueniebant.

*hoſtium*]oſtium.

*ex heis quæ interea*] ex iiſque interea.

Colvmna 45.

*quod cenſor*]locus mendoſus. A.

*id quod propter &c.*]id quod per.&c.

*Inlicio & inlicius*]Inlicis.V.Inlicium & Inlicio quod.S.

*in choro Proſerpinæ*]erat in Laodamia Liuij Andronici.vbi Laodamia Proſerpinam exorat, vt ſibi frui liceat ,complexibus viri mortui.

*pellexit*]pellicuit.

*quod Augur Conſuli adeſt*]vide Varronem. 3.de re ruſtica.

*ac præit*] Præire.ὑποτιθέναι.

*dicis cauſſa.* ]de eo dictum eſt ſuperius.

Colvmna. 46.

*M.Iunij*] Gracchani.

*Inlicium*]Inlecium.

*illintè illexit*] Illigit, illecítque. T.illicit & illexit.Vertr.

*quæ cum E* ]quia I cum E. A.Vertr.

*Errare ἐρύειν*]Errare ἔῤῥειν.

δημᾶν] δεομεῖν.

ῥύγχος]ῥυγχάνη.

# NOTÆ IN LIBRVM VI. VARRONIS.

*Priore libro*] id eſt, prioribus libris, quarto & quinto.

*inde ſi poſt aliqua dempta ſint*] inde ſi pòſt aliquæ demptæ ſint. Vertr. S.

*obſcurior ſit voluntas, in poſteriores non reprehendenda. Igitur*] Obſcura fit voluntas impoſitoris. Non reprehendẽdi igitur illi &c. A. T.

*facilius*] vt facilius.

*operam Myrmecidis*] Myrmecides (vt & Callicrates Lacedæmonius) quadrigas fecit quas muſca tegeret: & in ſeſamo diſtichon elegiacon litteris aureis ſcripſit. ſed & nauem quam apicula pennis abſcõderet. Ælian. lib. 1. Plinius lib. 7.

*verba omnia*] non omnia verba. Vert. nihil mutandum cenſeo, vt mox dicam.

*ab eo quod &c.*] locus mendoſus videtur Antonio Auguſtino. Senſus eſt quidem obſcurus, at non deſperatus. ita poteſt reſtitui, ab eo quòd non ea ſunt in lucubratione liberali proſecuti. Id vult Varro. Non multa eſſe verba in ſoluta oratione & poeſi, de quorum etymo non conſtet. ab eo quod, id eſt, propterea quòd viri litterati qui de Etymologia ſcripſerunt, paucorum vocabulorum originem reddiderunt, idque probatum iri oſtendit ex C. Ælij lectione.

*licet multum legerent*] licet multum legerim. A. licet multum legeris Vetran. non malè. vt reſpondeat ſequenti, videbis.

*in primo*] in primis. V.

*exili littera expeditam*] i. leuiter explicatã.

*cùm non modò Epimenides poſt annos quinquaginta expeditus*] pro expeditus Turnebus legit experrectus, pro Epimenides Epimenidis. alij ita, Epimenidis opus poſt annos quinquaginta expeditum. Scaliger. verò Epimenidis corpus poſt annos quinquaginta expergitum. Hæc ille. Expergitum verò antiquè pro experrectum, Feſto.

*poſt annos quinquaginta*] ita Plutarchus & Laërtius.

*Teucer Liuij*] id eſt, Tragœdia Liuij Andronici. Teucrum etiam Paccuuius compoſuit, teſte Cicerone, 1. de Oratore.

*duodecim*] decem.

*Pompilij*] ab eo inſtituti Salij, ab queis ſaliare carmen.

*fons in carminibus ſaliorum*] foris in carminibus ſaliorum. V. S.

## COLVMNA 47.

*multo propius nobis fanto*] hæc non expungenda, vt cenſet Auguſtinus, cùm id Plautino more dixerit.

*prima verba poetica*] id eſt Carmen Saliorum, qui primi poetæ apud Romanos.

*vt quia quare*] vt quærere à qua re ſit. T.

*ad medendum medicina*] à medendo medicina. A.

*non poſſem*] non poſſim.

*equites ab equite: equitem ab equo*] equites ab equito: equito ab equo. V.

*vnus erit &c.*] verſus ex Annalibus Ennij paulò immutatus ab Ouidio in Metamorphoſi, & 2. Faſtorum. Sunt autẽ verba Martis ad Iouem de Romulo in numerum deorum referendo.

*Hecuba*] Ennij fabula.

*ô magna templa cæli, tum commiſta ſtellis ſplẽdidis*] ô magna templa cælitum commiſta ſtellis ſplendidis. S.

*in Periboea*] Paccuuij.

*ſcrupea ſaxa &c.*] Ardua per loca agreſti Nititur, ac trepidante gradu, ſaxáq; ſcrupea Bacchi, altáque templa propè aggreditur. S.

*ex Andromacha*] Ennij. Vt conijci poteſt ex Cicerone: quanquam apud Ciceronem citatur aliter hic verſus.

*quàm quia initium erat oculi*] quaqua intuerant oculi M. S. quaqua intuemur oculis.

*in hemiſphærio*] in Hemiſphæriũ T. Eſt autem locus vbi æther conſpicitur.

*vbi terra cærulo ſeptum ſtat*] vbi concha cærulo. M. S. vbi concha cæruli T. vbi æthera cærula ſeptum ſtat. V. S. poteſt ita legi, vbi terra cærulo ſepto ſtat. Cærulum autem ſeptum, mare: ſtare, vel pro contineri, vel pro replere.

*in arce item*] in arce ita. M. S. in arce autẽ. S.

*Teſtáque meta ſunto &c.*] Locus mendoſus videtur Antonio Auguſtino. Veteres excuſi ita habent, Teſtáq; me ita ſunto, quoad ego eas te linguã. alij, Teſcáq; me ita ſunto. Scal. ita emendat in Cõiectaneis, Teſca dumecta ſunto, quoad ego caſtè lingua nuncupauero. quo loco Teſca dumecta interpretatur deſerta dumecta. In Appendice verò ita, Tẽpla Teſcáq; incita ſunto, quoad ego caſtè lingua nuncupauero. vbi, incita, idem quod immota. hinc calculi inciti Iſidoro 18 cap. 73. & Ciere calces, Plauto κινεῖν.

*olla ver arbor*] olla ter. V. vlla ber. M. S. olla vera arbor. T. alij olla fera: alij olla vber. S. ad hũc modum reſtituit. Olla veter arbor quiſquis eſt, quam me ſentio dixiſſe, Templũ lectúmque eſto in ſiniſterum: olla veter arbor quiſquis eſt, quidquid eſt ſentio dixiſſe Templũ, tectúmq; eſto in dexterũ: intra ea. &c. S.

*quoad ego relinquam nuncupauero*] quod ego eas te linguam. V. quoad ego caſtè lingua nuncupauero. S.

quam

*quam me*]quod me:ſic infrá.

*interea*] intra ea.V.S. teſca ſpatia & effata.

*concretione*] concrecione.V.conregione T. conrecione.S.quod idem eſt quod conregione,ſic veteres ſubicitare,Inicere, pro ſubigitare & inicere. Conregione autem eſt è regione,vti Feſtus notat.Turnebus contrà, cor regionem definit,regionem intra fines comprehenſam. moris enim fuit in dedicandis templis & fanis ,etiam fines ipſos concipi.

*ſenſi*]ſenſit.

*Ennius in Medea*]hic præponendus eſt hic verſus,Aſtu atque Athenas antiquum opulentum,oppidum.

---

COLVMNA 48.

*quod addit templa*]quod ad id templum.

*Curia Hoſtilia templum eſt, & ſanctum non eſt*]adde 14.Gell.7.

*Teſca*]vide Feſtum.

*Lemnia quis tu es &c.*]Quis tu es mortalis qui in deſerta Lemnia & Teſca te apportas loca?S.

*Lemnia præſtolare*] Præſto littera rara. vel Lemnia Peræ eſto litor arat MS. Qui Lemni aſpera teſca tuere & celſa Cabirum delubra tenes, myſteriáque &c. ſunt autem verſus Anapæſtici,ex Philoctete Attij.

*et celſa*]excelſæ.

*Cabirum*] Cabirorum myſteria erant in Lemno & in Samothrace, de quibus vide Strabonem.

*deindo Volcania*]& Volcania.

*ab limine*]ab lumine.

*Et Nævius &c.*] Ætnea vi ſpirante vapor feruidus.S.

*vides,unde ignes cluet mortalibus diueis*]videmus,vnde ignis lucet mortalibus clam diuiſus. Faernus ita hunc locum emendauit ex Cicerone 2.Tuſculana. ab eo ſunt,A.Auguſtinus,Vertranius,Turnebus.Scaliger hos Anapæſticos contrà, ita reſtituit: vnde ignes mortalibus Diuiſſe cluet doctu Prometheus clepſiſſe dolo,pœnáſque Ioui fato expendiſſe ſupremo.

*cluet*]clauet.M S.claret T.

*diueis*]diuus MS.diuiſſe S.

*ideo quòd ſancta*]ideóque ſancta T.

*ibi*]id eſt in Lemno.

*illud*]ex Medo Pacuuij.

*Quis pater*]verſus Ennij.

*Belum tueor &,tueri villam*] velle tueri villam.V.

*Aedituum*]ita Varro 2.de re ruſtica:adde Gellium 12.c.10.

*Tu domi*]Tueri.V.

*quod opus fiat*[quid opus fiet.V. quid opus fuat A. quod opus fuat.V. quod opus eſt, vt fiat. ita apud Plautum Menæchm. actu 2. ſcen.3.

*etiam inde idem,illud enim extemplò*] etiã indidem illud Ennij,extemplo,acceptũ me necato & filium.S.

*Extemplo*]verbum ſacrorum: vt Ilicet iudiciorum.hoc, dimiſſo ſenatu : illud patrato ſacrificio à prætore pronuntiabatur.

*Peruade polum*]Anapæſtici.

*continueis ſecepit ſpoliis*]ſe cæpit.MS.ſi vel ſic cæpit ſpoliis T.continuus ſex apti : Scaliger ita hos Anapeſtos reſtituit: vt hoc quidẽ loco τὸ S.ſignificet ſignis.

*circum ſeptum*] contra ſeptum V.conſeptum S.

*inſidunt*]ἱστηρίχται.

*ſignum candens*]ſignum cadens.V.

*In rectore*] ita Vertranius;in pectore.V.in Euryſace T.Eſt autem in hunc modum locus hic reſtituendus.ſuper oceani ſtagna alta patris,terrarum anfracta reuiſam.

*ab eo leges*]XII.Tabularum.v.l.8.ff.de ſerui.ruſtic.

*In directo pedum octo;in amfracto ſexdecim*] Idem habetur in l.8.ff.de ſeruit.ruſticorum prædiorum, niſi quòd pro in directo,in porrectum ibi legitur.

*octo*]d.l.8.& l.23.

*in amfracto*] in anfractum, id eſt vbi flexum.d.l.8.

*ſexdecim*]imo XXIIII. Nam ambitus tres dimetientes ſuas & ſeptimam complectitur. ac proinde Scaliger in Appendice putat hîc non agi de toto ambitu, ſed de dimidio, ídque angulorum cuiuſuis viæ rationem expoſcere.

*Triuia*]τριοδῖτις.1.Macrob.9.

*quod in Triuio ponitur*] cum corona quernea & draconum voluminibus. vide Sophoclem ῥιζοτόμοις.Eſtque querna corona, deorũ inferorum,ad quem etiam modum Parcæ coronantur.

---

COLVMNA 49.

*Titanis*]quæ & τιτηνὶς Appollonio 4.

*Manilius*]Manlius.

*Latona parit &c.*]Latona pariit caſto complexu Iouis Deli gemellos creta Titano deos.ita reſtituendi hi verſus.

*obtines*]obſides. Cicero 2.de diuinat.apud quem pleniores hi verſus.

*quòd is medius ſit locus terrarum*] Creditũ ab antiquis,Delphos in eundem locum conueniſſe duos coruos. vide Strabonem libro 9. (duos olores fuiſſe Plutarchus ſcribit duas aquilas, Pindari interpres) miſſos à Ioue, hunc ab ortu,illũ ab occaſu. Inde (referente Pauſania)poſteri rati ſunt illum locum medium terrarum eſſe, in cuius rei memoriam inibi in lapide extructũ monumẽtum cum hac inſcriptione ὀμφαλον. Eo pertinet Ouidianum illud 10.Metamorphoſ.Et orbe

In medio caruerunt præſide Delphi. & author obſcœni carminis. Delphos Pithius, orbis vmbilicum vocat.

*Noque hic locus terrarum eſt medius*]Idem refert Plutarchus libro De defectu oraculorum.

*Neque noſter vmbilicus, hominis eſt medius*] Andreas Veſalius aduerſus receptam veterum authoritatem (id enim ita ſentit Vitruuius 3.c.1. Galenus libro xv. de vſu partium: & libro xi. de placitis Hippocratis & Platonis) libro ſexto, de hominis fabrica tradit, nõ in vmbilico, ſed in pubis oſſium coalitu corporis humani exquiſitum mediũ eſſe. quod & Pythagoras exiſtimat, vt mox dicetur.

*Itaque pingitur qui vocatur ἡ χθὼν à Pythagora*]Itaque pingitur ἡ χθὼν Terra Pythagoræ. MS. ἡ χθὼν Πυθαγόρα, id eſt Terra Pythagoræ. vt Pythagora ſit genitiuus Doricus. ſed planè ſenſus perturbatus eſt. ita lego, Ita pingitur (quæ vocatur ἡ χθὼν à Pythagora, vtq; media cœli) linea ducta infra vmbilicum, parte qua diſcernitur homo, an fœmina ſit: vbi ortus humanus ſimilis vt in mũdo. quaſi diceret Varro, Media pars hominis non in vmbilico eius, ſed in pubis parte. ea enim diſcernitur homo, mas an fœmina ſit. Eandem partem Pythagoras obſcurè (quemadmodum multa alia) videtur appellaſſe terram (ad differentiam fortè alteriuspartis quã cæleſtem aut cælum nominabat) terram, inquam, mediam cæli: nec enim duo illa verba, ac terræ, hîc quidquam conferunt, ſed potiùs à quodam prauo ac diſtorto interprete, è gloſſa in contextum coniecta.

*per id quod diſcernitur homo, mas an fœmina ſit*]hac enim parte ſexus æſtimatur l. quæritur 10. ff. de ſtatu.

*vbi*]ibi.

*terra mundi media*] mirum id tribui Pythagoræ à Varrone, cùm id apertè neget Pythagoras apud Plutarchum in Numa.

*ſed quod vocãt Delphis in æde &c.*] ſed quod vocant Delphis μεσομφάλιον in æde.

*adlatum eſt quiddam vt theſauri ſpeciem &c.*] allatus, vel allatum. V. ad latus foraminis eſt quiddam vt theſauri ſpecie, quod Græci ὀμφαλὸν dixerunt. Vertr. Scaliger ita legit, foramen allatum eſt quoddam theſauri ſpecie: vel, theſauri ſpecie allatum. (Straboni 10. eſt τεταινιωμένον, à faſciis, in modum alarum vtrinque penſile. adde Strabonem lib. 9.) Idẽ apud Feſtum in Fauiſſæ ita legit, foramen ad latus eſt quoddã theſauri ſpecie &c. id eſt ad modum illarum fauiſſarum, quas Græci θησαυροὺς vocãt. vide Plutarchum in Philopoem. & Liuium 39.

*vt theſauri ſpeciem*] vt theſauri ſpecie Vertr. vt tenſauri ſpecie S. quaſi diceret, eſt foramẽ Delphis ſimile tenſorio foramini, eo ſenſu: Foramen illud tæniis vtrinq; vinctũ eſt, quẽadmodum & tenſorij vmbilici, in quos inſeruntur funes illi, quibus vtrinque ad latus vinciuntur equi funales. ſed præſtat his verbis intelligi foramen quoddam allatũ fuiſſe Delphis, vt ibi eſſet theſaurus.

*vmbilicum*] hanc vocem diſpungendam exiſtimat Scaliger.

*altrix terra*]βωτιάνειρα, κουροτρόφος.

*Ennius*] in Eumenidibus, quas ipſe vertit ex Æſchylo.

*Areopagitæ quid dedere aliud quàm pedam*] quàm peram V. quàm pudam T. id eſt quàm pudet. Scaliger ita, Areopagiticam ea de re vocant pettam.

*Muſæ quæ pedibus magnum pulſatis olympum*] vnicuique Muſæ veteres ſedes in cœlo adſignabant. qua de re vide Macrob. 2. in ſomnium 3. atque ita è cœlo Muſam inuocat Horatius: Deſcende cœlo.

*pulſatis olympum*]citatur à Seruio.

*quaſi Helleſpontum & clauſtra*]Qua Pontus Helles T. ad Helleſponti clauſtra, quod Xerxes S.

*conclud.*]conlidit, malè. Nã Æſchylus dixerat κλεῖσαι βόσπορον. Herodotus ζεῦξαι.

*loqui in Aegeo freto*] alicui in Ægeo freto. V. allicui in Ægeo freto. S. id eſt allexi.

*ab inſulis*]id eſt ſcopulis: alij legunt ab hinnulis.

*Paccuuius*]in Duloreſte.

*Aeges*]diſpungenda hæc vox eſt.

*dicitur*]dixit. V.

*Ennius*]Næuius.

*Conferre aut ratem æratam qui perit, & qui dum mare*]conferre queant T. conferta rate, inæratáque peritè, Qui dium mare &c. S. vt conferta, hoc loco ſit, numeroſa: Inærata, χαλκέμβολος: diũ mare. id qđ Græci, εἰς ἅλα δῖαν. aliàs, conferre ratem, eſt eam agere. ſed quid? Idem ipſe in Appendice hunc locum ita legit, vt conferre queant, rate, mo eratáque peritè, per liquidum mare. vt Varro hoc loco videatur referre, quo primùm claſſem fabricare, & in ea ſe exercere cœpérunt Romani. de quo vide Polyb. 1.

*videntur. Ratis enim &c.*] videntur, rareſcunt, & hoc ratis. Stiatum illud, vbi plures mali aut aſſeres ac reſtes ab lato. S. vt ratis ab rareſcendo dicatur. aliàs nullum hîc Etymon ratis adfertur.

*dextra & ſiniſtra*]dextra ſiniſtra S.

---

Colvmna 50.

*aut aſſeres * . agreſtis ab agro*] aut aſſeres ac reſtes ab lato. S.

*Inſulas*]ab Infilare dictæ inſulæ. Infilare. autem eſt amicire.

*cùm ad ſepulchrũ*] velari. n.ſolita ſepulchra

*ſed velatas*] cùm velatas. T.locus mendoſus videtur Antonio Auguſtino.velatas frondentes comas.S.

*Cornuatam vmbram iaci*] Cornua taurum. T.Cornuat aurum,vmbram iacit.icere paret. Cornuata à cornibus.S.Cornuare eſt inflectere: paret, idem quod apparet,vt ex formulis iuriſconſultorum conſtare poteſt, ſi paret eũ dare oportere l.5.ff.de rei vindi.l.11.§.proſcribere π. de inſtiti.l.47.§. ſéd ſi π. de legat.1.l.7.ff. ſecundum tab.l.7.§.illud ſciendum π.ex quib. cauſas in poſſeſſ.l.179.π.de verb.ſignif. l.34.π.de regulis iuris,vmbram etiam iacere. Plinius dixit lib.2.niſi legas vibrans iacit.vel, vibrat,iacit.

*curuamus*] curuantur.A.

*Coſauli,doloſi*] oſculo,dolori.V.orculo, doloſi.T.Coeſuli.S.id eſt cæruli vel Coſaulę.

*omina verò adpatula coemiſſe*]Locus hic corruptus Antonio Auguſtino videtur. omnia ad patula,eſt in veteri.Scaliger ita emendat, Ennio verò ac Pacuuio miſeſia incuſia, &c. In Appendice verò ita, omnia dapatilia coemiſſe Iani Cuſiones,Duonus,Ceruſes,Diui⁹, Ianúſque venit. Putat autem duos eſſe verſus Saturnios,in queis τὸ Coemiſſe,vel Comiſſe, Comediſſe: Duonus Ceruſes, bonus creator Cuſiones', Curiones. Quin, in coniectaneis ſcribit,errores qui hîc ſunt,vel eruditiſſimos, deterrere à tanto negotio adgrediendo, hoc eſt ab emendatione huius loci. Ego verò tentabo vt potero hunc locum reſtituere,verbis Varronis paulò altius repetitis,ad pleniorem intellectum.Ad hunc itaq; modum,reſtituo, vt in multis verbis antiquis dicebant.S. poſtea dicunt R.vt in carmine Saliorũ ſunt hęc, Coſauli, Doloſi, Eſo, oſnamenta, arboſem, quæſere. Item Cuſiatii Muſes,Ruſe,itemque laſes,feſiæ &c.pro Corauli, dolori,ero,ornamenta,arborem,quęrere,Curiatij,mures,rure,lares,feriæ. Rem[illegible] eſſe deprehendet lector exacta collatione,Feſti, Varronis,ac veterum adhibita.

*coemiſſe*] conueniſſe.V.

*Iam Cuſiatÿ*] incuſia vel Iani Cuſiones.S. Iani Cuſianes.M S.T.

*muſes Ruſe*]meſidie oneſe vel Duonus Ceruſus. S.

*Ruſe dúmque*] rudeſúmque.S.

*dumque Ianus venet poſt*] Veneſe quod Venere poſt.vel Diuius Ianúſque venet. S.Turnebus,ſunt Curiones qui iam venerant ad omina Diuius & Ianus.

*diuum exta cante*] Diuum, id eſt Ianum.

*cante*] id eſt cantate. ſic apud Feſtum Canta pro Cantato:vbi tamẽ emendo Cantę pro Cantate.

*ſupplicè Cantè*]id eſt ſupplicitet.

*veteres Caſmenas Caſcas res volo profari. Et primum, &c.*] veteres ô Camænę, caſcas res volo profarier,& Priamum.

*volo profari*] profari volo M S. volo profarier.

*Ennius*] hunc verſum citare videtur Cicer. 2.Tuſculana.

*Caſci populi*] coloni deducti à Latinis antè Romam conditam.v.Halicarnaſſ.

*Manilius*] Manlius.

*Caſcum duxiſſe caſcam*] id eſt decrepitum decrepitam duxiſſe.

*Canoras conficiebant nuptias*] alij canoras interpretantur concinentes: alij,Caron eas faciebat nuptias,eo ſenſu, Charontem eas nuptias celebraſſe, quòd decrepito decrepita nupſerit.

*Papinÿ*] Pomponij apud Priſcianum.

*Ridiculum eſt, &c.*] hos verſus ita reſtituit Octauius Pãtagathus, cùm antea legerentur corrupti hoc modo, Ridiculum eſt, cùm te Caſcam tua Caſca dicit. Amica Philippotomis,eius qui ſenex puerum dicit puſum:puellam puſam. ſic fiet mutuam mulinam. Vt ſis verum puſus tu,tua amica ſenex. Turnebus ita, Fili Petroni ſeſquiſenex puerum dicit puſum puſa puella, aſt mutua muli. Nam es verè puſus tu, tua amica ſenex. Scaliger verò ad hunc modum, Ridiculum eſt cùm te Caſcam tua dicat amica, Fili Petroni, ſeſqui ſenex puerum. Dic tu puſam illam, ſic fiet mutua muli. Nam verè puſus tu, tua amica ſenex.

*mutua muli*] mutuam mulinam. V. mutua muli.T.S.

*tua amica ſenex*] Idem apud Priſcianum libro 3.

*Caßinum*] Caſcinum.

*Caßinum forum*] Caſcinum forum.

*pupum ſenem*] pappum ſenem.S.

*Caſnar*] v. Feſtum & Nonium.

*Ambe*] Ambio. M S. ἄμφι.

*Canis caninam non eſt*] Caninam,id eſt carnem vel pellem.

*Ambagio dicta vt Ambuſtum*] Abagio dicta vt Abuſtum.

*Ambiegna*] Ambegna. Feſt.T. ambigna Fulg.

---

COLVMNA 51.

*Fœta*] feta. S.

*magnus homo*] μέγας apud Ariſtophanẽ Stolidus & ineptus.

*immanis canes vt*] ſic Homerus ὄρνιθος ὥς.

*Vt ſigna canant* ] vt, ſigna canunt. citatur autem hoc commation ex Ennio.

*roſtrata*] roſtra.V.

*adcidiſſet* ] accidiſſet. Cicero 5.ad Atticum eccidiſſet.

*trabes*] vide Priſcianum lib.7.& Varronem infrá.

*Ennius,&c.*] hæc verba à Macrobio 3.cap. 8.tribuuntur Medeæ apud Paccuuium. Scribendum igitur, in Medo Paccuuius: ſic apud Diomedem,falſò tribuuntur illa verba,Quis tu es mulier,Medo Ennij.

*gloſſemata*] id eſt verba obſcura.

*Caſmillus*] vide Plutarchum in Numa:Halicarnaſſ.2.

*qui cummerum fert*] qui merum.V.ita legẽdum,qui cumerum. Cumerum ſeu Cumera vas nuptiale.v.Feſtum.

*in quo quid ſit in miniſterio* ] cum quo quid ſit in miniſterio.Vertr.

*extrinſecus nectunt*] extrinſecus neſciunt.

*Caſmillus vocatur in Samothracum myſterijs*] idem refert interpres Appollonij.

*Dijs magnis* ] qui & Diui potes,& Cabiri. id enim Cabir Syriacè ſignificat.

*verbum Græcum arbitror* ] idem refert Feſtus. Tuſcum tamen verbum eſſe Macrobius lib.3.ſcribit.

*apud Callimachum* ] Vide Macrobium dicto loco.

*in penateis eius*] in poemat.β.Vertr.

*apud Ennium*]in Sotadico ſcilicet.adde Feſtum.

*ſubulo finitimas,&c.*] ſubulo quondam marinas propter aſtabat plagas.

*aſtabat*] aſſabat, Scaliger. Aſſare tibicines dicũtur qui ſola tibia canunt, nulla voce admiſſa.v.Feſtum in Aſſa.

*vereſus* ] ſcripſere alij rem verſibus, &c.apud Ciceronem in oratore ad Brutum ita legitur.

*Fauni*]qui iidem apud Latinos quòd Magi apud Perſas,& Bardi apud Gallos.

*in verſibus quos vocant Saturnios* ] qui tandem,inuentore Ennio, degenerarunt in Heroicos. Cicero ſecundo de legibus. Horatius de arte.& hoc quidem Ennius ait in Nęuium,qui Saturnio carmine ſecundum bellum Punicum ſcripſerat. Eſt autem verſus Saturnius Iambicus Hypercatalecticus vt: Dabunt malum Metelli Næuio poetæ. vide Feſtum in Saturno dies Feſtus.

*à verſibus viendis* ] à verſibus vagiendis. Scaliger.

*Corpore Tartarino* ] deſumptum à Græcis, ταρτάρου ἐκγεγαυῖα μελάμπελος ἀπαίειρα. Scaliger.

*paluda virago* ] Paluda virago cui par imber & ignis ſpiritus & graui terra. ita citatur apud Probum.Porro Paluda pro paludata.alij legunt prognata.

*virago*] Gloſſis ἀνδρειὰ, γυναίξ: alio loco ἀνδρογύνος.

*Tartarino* ] id eſt horrendo, horribili. Feſtus.

*Plato in quarto de fluminibus* ] Hic dialogus eſt Phædo, quartus primæ tetralogiaæ.Nam & ita diuiſi Platonis libri à Criticis.vide S.in Appendice.

*Epcum fumificum coquum* ] Coquum fuiſſe teſtatur Athenæus : lixam verò Theocritus.

*apud Ennium*] apud Næuium.V.

*Lucam bouem* ] id eſt Elephantum. Hoc etiam adiiciendum Scarabeos, quos Galli Ceruos volantes appellant,Lucas etiam dici à Plinio 11.cap.28.

*Verginij*] Virgilij.

---

COLVMNA 52.

*id eſt*] identidem vel non item.V.

*cornutas*] cornuatas.V.

*quos dentes multi dicunt,ſunt cornua*] idem refert Pauſanias.

*non Africanæ beſtiæ*] id eſt Pantheræ.

*Orator ſine pace redit* ] Cyneam intelligit qui re infecta à ſenatu remiſſus, de quo vide Plutarchum in Pyrrho, authoritate ac ſuaſione Appij Claudij Cęci, cuius verba ab Ennio recitantur.Quo vobis mentes &c.adde legem §.5.ff.de in ius vocando.

*qui enim verba haberet orationum publicè aduerſus eum quo legebatur ab oratione, orator dictus* ] aduerſus eum cum quo belligerabatur. Vertr.Qui enim vt orationem haberet publicè ab vniuerſis, tum quòd legebatur, ab oratione orator dictus : Turnebus.Qui verba haberet rationum publicè aduerſus eum quò legebatur. Scaliger:ita lego,Qui enim verba habet & orationem publicè aduerſus eum in quem legebatur &c.

*Cum res maiore ratione legebantur potiſſimum, &c.*] cùm res maior erat, eò legebantur. A. cui fauet lex 4. §. ordine 5. digeſtis de legationibus. eò legabantur, Vertranius, vt Plautus Sticho. Actu tertio, ſcena ſecunda, oratores veniunt huc legati publicè. Scaliger verò ita, cùm à Republica maiore ratione legebantur. fortaſſe non abſurdè legi poterit, Cùm res maior erat, ij legabantur qui, &c. de legatis vide titulum Pandectarum de legationibus.

*oratores doctiloqui.* ] qui & Ἠπύται Homero. Certè in iure conſtat oratores pro legatis vſurpati

ſurpari in lege. Lege Iulia 7. ff.ad legem Iuliam de re publica.

*olli.*]id eſt Numæ.

*Egeriai.*]id eſt Aegeriæ Nymphæ.

*ollus letho datus eſt*]ollus Quirinus letho datus eſt. Feſt.in. Quiris hinc Cicero in li.de legibus. Hos letho datos. adde Feſtum in Indictiuum funus & Simpludiarea.

*λήθη.*]lethũ,à Græco λήθη,id eſt obliuione. Priſcianus verò à Leo leui, letum. Cæterùm cur letho datum potius dicerent quàm mortuum, ideo fortè, ne mortui mentione iniecta, viderentur δυσφημεῖν. Itaque vel vixiſſe Plutarch. in Cicerone, vel fœlices eſſe dicebant. vide Ammianum 25.

*menſas.*] quæ & Curiales, & Anclabræ ab anculando id eſt miniſtrando, & aſſidellæ dicebantur. alij legunt menſes quos additos fuiſſe à Numa teſtantur hiſtoriæ.

*ancilia.*]ancilia primus. S.

*anciſu.*]ambeciſu.M S.T.S.

*ab vtraque parte, &c.*] vt Thracum inciſa, vt Saturnio in carmine.S.

*Saturnio, &c.*]item alibi, Libáque.

*fictores.*]alij fartores. dixi ad Feſtum in Ferctum.

*è ſcirpeis virgultis*] Ouidius, Tum quoque Priſcorum virgo ſimulachra virorum, Mittere roboreo ſcirpea ponte ſolet.

*triginta.*]viginti quatuor.

*in ſacris, In capitibus.*] alij, in ſacris capitibus.S.in ſacris apicib9, id eſt, pileis, teſte Dionyſio 2.

*vt metam.*]id eſt forma metæ figuratum pileum lanatum Feſt.

*vti velatos.*]vti elatos.S.

*ait.*]Ennius.

*Volturnalis.*]vortumnalis.

*Falacer.*] Falacralis.

*patrona.*] pater.

*Catus Aelius Sextus.*]vide Ciceronem.

*& quod eſt, tunc. &c.*] & quod eſt. Tunc cœpit memorare ſimul, rata dicta accipienda, acuta.S.

*Thynno capto.*] locus mendoſus. A. Vertr. Tunno capto corium. V. Tunnos captato, cordulum exclude: minores occidunt Lupe, ſaperdæ te, & iura ſiluj. ſumen te atque amia: Scali. in Cõiectaneis. Eſt autem ſpecies prouebij talis, Thunno captato coruum excludendum foras.

*occidúntque lupos aperdite, &c.*]occidunt, lupe, ſaperdæ te & iura ſiluri. T. Rectè Lupe, Nam in lupum inuehitur Lucilius, quem in ſuo etiam poemate perſtrinxit Perſius & Horatius.

*Quæque cæruleo, &c.*]Corpore cæruleo cauáque cortina receptat. T. Quæque freto caua cæruleo cortina receptat. Cortina dicta quòd, &c.

COLVMNA 53.

*ea à corde.*]Imò potius à rotunditate quòd cortes rotundæ. Cato originib.

*inde inuicteis ſumpſerunt perduellibus.*] Quid vnde inuitis ſumpſerint. T. vindictam victis ſumpſerunt perduellibus.

*ſtellis quattuor.*]ſtellis tribus.T.

*Opilius.*]Turpilius.V.

*veſpernam.*veſpera. adde Feſtum in Scẽſas.

*itaque dicitur.*]vt ab eo ſtella Veſper appelletur.V.T.

*alter.*]alterutrum.S.

*id eſt.*]id eſt.T.S.quaſi diceret, Veſper non modo ſignificat tempus, ſed & ſtellam.

*Græci δὶς ἕσπερον.*]dicunt ἕσπερον.

*Næuius.*] Næuius Iouem V. vt ita expleatur verſus Saturnius.

*ſolis occaſu diei ſuprema.*]ſol occaſus ſuprema &c. ita Gellius. dixi ad leges XII. Tabularum.

*Cornicula.*]Cornicularia.

*decem.*]duodecim.A.Vertr.

*à. ſtipatione.*] à ſtipe: eo ſenſu à ſtipe ſtipatores: à λάτρον (quod eſt mercedula) Latrones.

*λάτρον.*]κέρδος.V.

*nonnunquam milites appellant latrones.*] vide Ennium Annal.1. Plautum in Milite glorioſo. Feſtum in Latrones & Nonium in Latrocinari.

*quod item vt milites cum ferro.*] quòd item milites cum ferro. A. quod item, vt illi milites. Vertr.

*Item.*]ſumpta ex Lycurgo Næuij.

*Diabathra.*]riſi egomet caſabundum ire ebrium diabathra, &c. eſt autem Diabathra genus calceamenti à quo diabathrarij. Feſtus in Diabathra. hinc Diabathrare Plauto in Aulularia ſcena, Narraui. qua ratione quidã in l.2. Cod. de excuſationib. artificum pro Diatretarij, legunt Diabathrarij: non neceſſariò. ſunt enim Diatretarij qui margarita perforant. dixi ad legem 27.§. ſi calicem diatretum. ff. ad l. Aquil.

*& erat amictus.*]atque amictus erat.

*Lanam carere.*]lanas carpere.V. Lanam carere eſt purgare: hinc Carduus & Carminare ξαίνειν ἢ κάρειν. eo verbo vtitur Nonius.

*Coſmotria.*]Aenathria.

*nequam.*] Nequam eſt lana. A. Nequa eſt lana.T.

*oſca.*]eadem Solox Lucilio. vide Feſtum: in Solox.

*in Perſa.*]act.1.ſcen.3.

*& in Latina.*]& in Latio.

*Adſcriptiui.*] adde Feſtum in Adſcriptitij.

*in Trinummo.*.]act.2.ſcena 4.

*illum tibi.*]illum ibi.V.

*id eſt inanem.*]inde inanem.V.A.

*vbi Rorarij, eſtis?*]vbi rorarij. Eſtis? &c. vide Nonium,Feſtum,Liuium.hic autem locus ita integer eſſe poterat,ſequimini me hàc ſultis legiones omnes Lauernæ. vbi Rorarij, Eſtis?&c.

*Cato.*]libro de re militari.adde Varronem libro de vita pop.Romani,apud Nonium in Accenſi.

*poteſt id ab arbitrio, &c.*] poteſt eſſe id ab Accio. Vertr. ei fauet Varro libro xx.rerum humanarum. Scaliger ita emendat, id ab arbitrio eius ( nam inde arbitrium ) cuius miniſter.

*nam inde.*]nam id eſt.T.

*Pacuuius Deum Triportenta.*] locus non eſt mendoſus ſed lacuna.

*Idem.*]Plautus Mercatore act.3.ſcena 4.

---

COLVMNA 54.

*diuidia.*[diuidiæ.A.Vertr.

*Curculione.*]act.2.ſcena 1.

*tibi eſt,lienes necant.*]tibi ſit.lien necat A.

*in Phagone.*[Huius fabulæ nemo veterùm mentionem facit.

*omne edulium.*]omine medullium.V.omne medullium. T.

*Honos ſyncerasto perit.*] Continuò is me ex ſynceraſto crurifragium fecerit. T. vt ſit Throcaicus.

*in Paraſito pigro.*]quæ & λιπαργος,ex qua citat Priſcianus verſum.

*Trames.*] Tarmes.S. intelligit vermiculos. vide Iſidorum.

*Age, euge,ſpecta.*]à grege ſpecta.T. antea à gerge.alij Age age ſpecta.

*vibices.*] viuices. V.viuiſices.MS.

*quid eſſent.*]quid eſt: vt ſit quadratus Iambicus.

*Ciſtellaria.*] Neruolaria Vertr. Clitellaria. S.quę & Aſtraba, nam ἀστράβη, Clitella . atq; ita citantur,vt ſæpius fabulæ poetarum Latinè & Græcè.

*ſunt heic.*]ſumptuis.S.

*Diobolares.*] ſic apud Planudem.

*ſcenicula.*]ſchęniculæ.Vert.ita Feſtus: ſchœnicocolæ.T.ſchœnicolæ.S.

*à ſcæno nugario vnguento*]fiebat ex σχοίνῳ. iunco odorato:de quo Varro lib.de re ruſtica.hinc ſchœnæ,delibutę. Plaut in Poenulo.

*nugario.*] nugatorio.Vert.id eſt vili.nucario.A.

*miracula.*]muricolæ, vel myricolæ. S. id eſt μυρεψείδαι,niſi hic locus pertineat ad φιβίδρας καὶ μορμόνας.

*diſtortis oribus.*]diſtortis oribus,deformes·

*Ibidem.*]Idem Neruolaria. S. in Eruolaria. V.

*ſcrantiæ.*] ſcraptæ.Non.Feſt.Scraciæ. MS. T.Strateæ.3.Gel.2.Scranctiæ.V.ſcractiæ MS. ſcracęre,Gallis cracher.

*ſcrupedæ.*]crupedęS. κρηύπεδα Græcis ſculponeę,quaſi per ſcrupos & lapillos incedentes, id eſt difficulter ingredientes.

*Stritabilæ.*]ſtratiuolæ.3. Gel.2. ſtrictipellæ. MS.vt ſint ſtrictiuellæ Nonio,quæ ſtringant cutem, quæ volcellis cilia ac pilos euellunt, vel quæ nimio calamiſtrorum vſu,pellē adurunt,vnde incoctæ dicūtur Feſto,in Incoctæ.

*Tantalæ.*]ſordidæ 3.Gel.2. Nonius Tantulæ MS.id eſt paruulæ.

*ab ſcreando ſcrantiæ.*] ab excreando ſcranciæ. Vertr. ab excreando ſcrancia ſiccam ſignificat. S. vt innuat, mulierem tuſſiendo & excreando exhauſtam : quod inter cauſſas repudij apud Iuuenalem, Iam grauis es nobis,nimiúmque emungeris.

*Auſcaripedam.*] Auſcuripeda. V.à ſcauro pede ſcauripedam.T.S. pes ſcaurus cuius tali ſunt extantes vnde Scaurorum nomē.Gloſſis ſcaurus στρεβλόπους alij legunt Aſcaripedam. vt Scaliger. ἀσκαρίδες vermeſ.

*à vermiculo piloſo.*] ἀσκαρίδες Græci, quos Gaza perperam vertit Tipullam.

*Valerius.*]Soranus, cuius meminit Cicero lib.de Oratore ad Q.fratrem.

*à pede ac ſcrupea.*] Plaut. quod ea ſcrupea eſſet pede.

*poſitum,Incurioſa, &c.*] poſitum in curioſa T.poſitum pro Curioſa. Itaque eſt in Menalippo , Reiicias abs te religionem, ſcrupeæ imponas.

*Menalippe.*]Menalippo.S.Attij poetæ.

*reiicis.*]reiicias.S.reiicit religionem, qui omen ad alium transfert.

*Stritabillas à Stritilando.*] ſtrictibilas à ſtrictilando MS.T. Stratiuolæ 3.Gell. 2. Stratiuulæ.

*ſtritare.*]à terendo. eadem forma qua ſtritauus pro tritauus.ſtrictare.T.à ſtringo. ſcrutare.MS.ſtructare.S.à ſtruo,id eſt moueo.vnde in legibus XII. Tabul.pedem ſtruit, id eſt mouet.vide Feſtum in Struere.

*eo qui ſiſtit ægre.*]Altę huiuſmodi perſonæ vocabantur.

*Actioſa, &c.*]Actioſæ annonam caram è vili concinnant viris,Vertr.alij legūt, Axioſæ:alij Axitioſæ,ex Feſto,id eſt factioſæ,quæ & Axiæ eidem.

*in ſitelitergo.*]in ſcythæ liturgo. S. Nam Athenæo,Scythæ, liturgi ſunt, eúmque ordinem apud veteres tenebant in ſtipandis regum corporibus,quem hodie Germani.

*mulieres vxorculauit, &c.*]mulier es, vxorcicam te ego noui. ſcioaxitioſam.T.mulier es,vxor.Cuia vir?Noui,ſcio,axioſa es. S.hoc

conuin-

conuicio, Mulier, dimittere ſolebant vxores. Terentius, oh pergis mulier eſſe. Plautus Caſina, foras, mulier es, niſi vxorculare hîc eadem forma dicatur qua apud Varronem in γνάθι σεαυτὸν mulierare.

*ſuſpicatrices*] conſupplicatrices. M S.

*Caraſtibola, vt de lumbo obcænabis*] Cera ſtribula. V. Caraſtribula vt delumbus cœnabis. Terent. Caro ſtrebola, vitellina eſt, cœnabis. Scaliger. Caro ſtrebula Arnobio quæ ex coxendicibus demitur, ideóque à vertēdo ſtrebula. Nam ςρέβλος Græcis curuus & prauus.

*ego illam*] ego illum. V. ego ſima actutum adraſi. T.

*Lima*] limæ.

*in Pœnulo*] act. 3. ſcen. 1.

*Truculento*] act. 2. ſcen. 6.

*Grallator*] vide Nonium & Feſtum.

*ab luctu*] ab luca. V. ab aliquo. T.

*qui inſcribitur nomina Barbarica*] qui inſcribitur νόμιμα βαρβαρικά. T. S. ſic citatur in Thyrenicis legibus ab Atheneo.

*Barbarica*] à Barbaris enim mos præficarum inductus à Phrygia) teſte Polluce. adde Varronē 4. de vita P. Romani. apud Nonium in Nænia & Præficę) ab Ænea eiúſque comitibus (ab iis Cares acceperunt, teſte eodem Polluce) vnde Nænia ſeu νιώιτον Phrygium vocabulum: id Latini leſſum. Canebant autem Nænia ad Tibiam quam Catullus ideo Barbaram vocat. eadem etiam canebant in funere infantium. Statius 6. à quo fortè genus legis puerilis, Nænia Horatio dicitur: & tandem pro Nugis & friuolis, quòd quæ canerent in mortuorum laudem, nugæ eſſent. Plautus Aſina, non nugę: non enim mortualia. & apud Gellium 18. cap. 7. Cato Philoſophos vocat, mera mortualia vel mortuaria gloſſaria.

*dicta*] ea dicta.

*à præfatione*] à præfectione.

*decem Coclites quos montibus ſummis, ripis ſedere*] ſimus ripis ſedere. M S. ſcimus Ripheis fodere. Terent. decem Coclites ques montibus ſummis Ripeis fodere. Scaliger. Ques pro qui. Coclitum autem vocabulo intellige, Arimaſpos vnoculos. Fodere autem eos quòd dicit, referendū ad auraria metalla quæ Gryphi adſeruabāt, quos Latini Picos, teſte Plauto in Aulularia v. Nonium in Picos. Feſtum in Dracones.

*ab oculo Cocles*] Imò potiùs à Græco κύκλωψ. S.

*Curculione*] act. 3. ſcen. 1.

*apud Caßium*] C. Actium T. apud Attiū. S.

COLVMNA 55.

*Quid noctis videtur, &c.*] Quid nunc noctis tempus eſt, Terent. vt ſint Anapæſtici. alij legunt. Cùm nox videtur. Scaliger, Quid nocti videtur? in altiſono cœli Clypeo temo ſuperat ſtellas, cogens ſublime etiam atque etiam noctis itiner.

*ſublime cogens*] ſublimis agens. T. cogens ſublime. S.

*culturæ tempus*] colendi tempus. Gloſſis Cultura γεωργία, γεωπονία.

*ſeptem ſtellas*] ita Cicero vocat Septentriones. 1. Tuſculana.

*vt Homerus*] Iliad. Σ. & odyſſ. ε.

*valentes glebarij*] Græci κεμήτους χωρεῦς εὐχίους, εὐπλευρεῦς. Eadem forma valentes virgatores. Plauto in Aſinaria dicuntur.

*Glebarij*] à gleba dicti. Gloſſis βῶλος γῆς. hinc deminutiuum Glebula βωλάριον.

*à detritu*] è detrito M S. detritum. V. er detritum. T. ita lego, Er detrito. eo ſenſu, nō dici Terriones, ſed Triones ſyllaba Er detrita. Scaliger ita legere videtur. S. detrito eo ſenſu Triones olim Striones dictos à Stria, quā proſcindendo ſulcos, faciunt: pòſt, non ſtriones ſed Triones. Gloſſis Triones βόες ἀρχάμεες. Item Triones ἅμαξαι.

*terna trigona*] ternæ trigona. T.

*Inde hic bene potus primo crepuſculo*] inde bene appotus, &c. V. Inde bene appotus primulo crepuſculo, Domum ire cœpi tramite dextera via.

*In Condalio*] nomen eſt fabulæ Plauti, quā eidem Feſtus tribuit. Vide Gellium. Condali autem eſt anulus.

*tam crepuſculo*] tua crepuſculo. V.

*vt ament &c.*] vt amens lampadas accendit. Scaliger.

*accendere*] occidere. V. occidit. S.

*volo, at redito conticinio*] volo. huc redito cōticinio. Sic ſuprà libro 5. vbi de Conticinio.

*reciproca tendens, &c.*] Trimeter Iambicus, cùm principio ἀκεφαλχίδος, ſed poteſt ita concinnari. Tendens neruo tela reciproca concita equino. S.

*apud Plautum*] Pſeudolo act. 3. ſcen. 3.

*vt tranſuerſus, &c.*] ita legitur apud Plaut. Non prorſus, verùm ex tranſuerſo cedit, quaſi cancer ſolet.

*qui in id quod eſt verſus*] qui in id quod eſt in verſum. MS. in verſu. T. inuerſum. V.

COLVMNA 56.

*Iamque auroram Anapeſti rutilare*] id ſumit pro λευκαίνειν Albicare: dixit Martius in mimiābis. vt l. 25. §. 1. ff. de heredib inſtituēdis, albeſcente cœlo.

*mulieres valdè ruſæ Rutilæ dictæ*] à ruffea facie: & à Catone 7. originū. Ruffę, à capillis. ad id vtebantur ciner e ex fecibus vini redacto, ídque vocabant f æculam. v. Feſtum in Ruſcum & Rutilium.

*ſcortatur*] obſ[illegible]nat: ita legitur apud Terentium. T. Vetr.

*in aliquot ſacris ſcriptum. Ne quid ſcorteum*] Ouidius,ſcortea non illi fas eſt inferre ſacello,Ne violent puros exanimata deos.Gloſſis ſcorteum δερμάτινον.

*morticinium*]morticinum,dixi ad l.vnicam in fi.ff.de via publica.Gloſſis, morticina θνησιμαῖα.

*ſcorto*] ſcorteo.

*multis nomen*] Coronis Anapæſtica.

*omnia ſunteius*] omina ſunt eius.

*itaque in Ioue hoc & Homerus*] id eſt Iouẽ annuere dicunt.hinc Græci νεύσι κρονίων.

*apud Plautum*] initio Militis glorioſi.

*eſuriens inſanè benè*] eſuriens inſani eadem. T.ne alioquin verſus claudicet.

*Epithyrum vocabulum eſt cibi*] de quo vide Columellam.dicitur autẽ,non quod adiiciatur caſeus, ſed quod adiiciatur caſeo.

*apud Paccuuium*] in Teucro.& apud Ciceronem 1.de diuinat.

*Flexamina tanquam lymphata, &c.*] Flexanimat aquam Lymphatã.V.Flexanima.M S. Ciceronis,vbi hic locus plenior.

*Thetis*] Thelis.T.ita enim locutus Ennius & pro Thelide Thetin:ſic medica ꝑ melica.

*peruolgans*] Lucretius, peruolgant fulgura cœlum:alij, peruolans feror.

*furor*] feror. ſic Appollonius 4.locutus κατὰ πόντον ἅμ' ἀλκυονέσσι φορεῦμαι.S.

*pullos tranquillo mari dicitur facere*] Plautus Pœnulo,Niſi illam tranquillam facis quàm mare eſt olim Quom ibi alcedo pullos educat ſuos.v.Plin.10.cap.32.

*vt ſuo*] vt in ſuo.V.& malè.

*duodecim viros*] Quindecim viros. M S. A. Decemuiros Vertr.vt alludat Varro ad ſenatuſconſultũ,de quo Liu.25.quo cautũ fuit,vt Decẽuiri Sibyllini ſacra Græco ritu facerent: de quo v.Macrob.1.cap.17.Hi poſtea XII, poſtremo.XV.Horatius, Quindecim Diana preces virorum curet.

*Græco ritu*]in ſacro Cereris ſcilicet.Cic.de legib.néve quẽ initiãto,niſiCereri Græco ſacro

*ritu*] ſeu Caſtu.vnde in Caſto ſeu Caſtu Cereris eſſe,idẽ quod Cereri operari ἁγνεύειν puriter facere :tũc minuebatur populo Luctus. v.Feſtũ.Gloſſis Caſtus, ἁγνὸς ὁ καθαρός. Caſtimonium ἁγνεία.

*rectè perfectis ſacris*] rite,&c.

*comiter monſtrabitur*] ſic Ennius apud Cicer. Comiter monſtrat viam:& in lege non dubito 7.in fi.ff. de captiuis comiter maieſtatem populi Romani conſeruare.

*Latina*] Latinè.

*Atilium*] quẽ Cicero durum vocat (integras fabulas ex Græco vertit)quemque Volcatius præfert Terentio.

*Lyde*] Lude.

*Come conde*]Come crede.V.come tunde.T. Comere enim pro pulſare.quo ſenſu Plautus pectere. & Terentius Depexum dare.

*Nulla res neque, &c.*] ita interpũge. Nulla res,neque cicurare,neque mederier potis eſt, neque reficere.S.

*cicurare*] pro quo Nigidius in hiſtoria Animalium curare dixit. Hinc cultura Horatio.

---

COLVMNA 57.

*Plautus*] in Comœdia deperdita. & tamen ſimilis eſt propè locus in Rudẽte, hoc modo, Eluas tu,an exũgare, cicum non interduim.

*Ciccum*] κικκὸς.Heſychio διαχώρησις.Gloſſis Cicum γρύκοκκος.

*Denſum*] genus veſtimẽti à dentibus pectinis quibꝰ feritur, quódq; dẽſitate frigꝰ arcet.

*interduo*] interdico.

*Eccum*] circum.

*apud Plautum*] in Menechmis act.1.ſcen.2.

*effutitium*] effutitum.

*Hebe*] Hebe. V.vt ſit αἰβοῖ.

*ſpe quidem*] ſæpe A.ipſe. T.

*Pompilium*] Popiliũ Vertr. de quo Cicero 9.famil.

*Heu qua me cauſſa*] Eheu qua cauſſa fortuna infeſta premis me? S.

*apud Lucretiũ*) apud Luciliũ.Vertr. S. aliàs hic verſus non extat apud Lucretium.

*atque aliquos, &c.*) atque aliquo ſubitò ab rebus Clepſere modo qui vel, foróque T.

*ibi ab rebus clepſere foro*) ibus ab rebus clepſere foróque. S.

*Mattium*) Mattius Mimiãbos ſcripſit.Iliada Homeri tranſtulit Latinè.(vt Liuius Andronicus 200.annis antè, Odyſſeam.) Caio Cæſari amiciſſimus.alij tamen Manium vatẽ legunt,de quo v.Liuium 25.

*mærebat*) *mærebant*.S.

*manducari*) pro manducare. ita veteres locuti,teſte Nonio.

*vt actius ſcribit ſcena*) per è ſimplex nõ ſcen.

*pappum Mæſum*) pappũ Meſium vel Meſſium.V.pappum Meſium nõ Mæſium.S.vult enim probare Varro,ea quæ cùm diphtongo ſcribuntur, ſimpliciter à nõnullis pronũtiari. Eſt autẽ Pappus canens carduorum lanugo. vide Feſt.in Pappi. nomen ex eo habet, quòd vt anus caneſcat. Mæſius autem Oſcorum lingua maiorem ſignificat.

*Cæcilius ne ruſticus fiat*) Cæcilius Prætor ne ruſticus fiat.S.ex Diomede.

*pueris turpicula res in collo ſuſpenditur*) cum puerilis.V.cum puerulis,&c.T.

*Turpicula res*) veretrum.S.quod faſcinus & faſcinũ ad faſcinationes depellendas,ad id etiam profuiſſe Satyrica ſigna in hortis. Plin. refert.hinc inauſpicatæ aues foribus affixæ amoliri malum credebantur. Caluæ & crania aſini ad id quoque credebantur prodeſſe.addè eundem 28.cap.1.

*ne quid obſit bonæ ſcenæ cauſſa*), ita lego, Ne

quid

quid obſit : bonæ ſceuæ cauſſa. Bonæ ſceuæ dixit pro bonæ rei. Scæua enim manu vtebantur vt ſæpius fures, vt quæ minus obſeruetur. quod Marrucino obiicit Catullus. Idem apud Plautum in Pſeudolo.

*quid ſit, aue ſiniſtra quæ eſt.*] quod ſit aui ſiniſtra ſcæua, &c. T. S. anteà legebatur aut ſiniſtra.

*aue ſiniſtra.*] id eſt proſpera: cui contraria impediens & Arcula (ab arcendo) Cliuia (id eſt difficilis, remoris (à remorando) Inebra, Enebra, Altera (quę bonis auib. ſuperueniens vitium illis faciebat) volſgra, quæ volando malum auſpicium facit.

*Plautum.*] in Ciſtellaria.

*Quia ego.*] Quum ego. A. Tum ego: ita apud Plautum.

*quo de ſinu.*] quod eſt mihi frequentem. V. Ita omnibus relictis rebus. T.

*qui adeſt aßiduus.*] Idem Cicero de petit. Conſulatus.

---

COLVMNA 58.

*tanti eſt frequentare.*] eſt facilè frequentare tibi, vtiléſque habere ita in prandio. T.

*Apparet dicere, &c.*] apparatũ dicit facilẽ, eſt curare. V. ego verò ita lego. Apparet dicere, facile eſt curare, vt adſimus. interpretatur enim Varro hæc verba, Tanti eſt frequẽtare.

*corpora letis, &c.*] corpora letis decretum ſtare eſt, quibu concidet obrutu foſſim.

*foſſare corpora.*] dare corpora. V. fodicare, ſtare. M S. T. fodare Feſtus.

*telis, &c.*] telis, quibus concidit foſſim obrutus.

*fac ſiet obrutus.*] faxim & obrutus. V. face muſſet obrutus. T. facimus & obrutus. V. quibus concidet obrutu foſſim: vel, quibu, concidet obrutu foſſim. S.

*Muſſare.*] fortè ex Ennio ſumptum 6. Annali.

*neque Mu facere audet.*] ſic Lucilius, Neque Mu facere vnquam. Eſt autem Mu, canum: vt γρῦ porcorum: ab hoc grunnire: ab illo Mutire.

*apud Pacuuium.*] in Chryſe.

*dij monerint meliora.*] dij munera dent meliora. V. monerint hic, pro monuerint.

*à vertendo.*] ab auertendo.

*Aulularia.*] act. 3. ſcæna 3.

*pipulo te differam.*] Ariſtophãni [illegible]. Eſtque tractum à Gallorum pipatu. Nam propriè pipare dicuntur gallinæ. v. Feſtum in Pipare.

*Plauti.*] hæc hodie non extat apud Plautum.

*animus cum pectore.*] animúſque in pectore.

S. ſumptum autem hoc eſt ex Homeri Odyſſ. 20.

*gannit.*] obgannit. alij, obgãniuit, vel gannuit. Scaliger, oggannit. Ganniũt autem canes ob dominorum aduentum, vel, vt ait Lucilius, gannitu vocis adulãt. Homerus γάνυται. Gloſſis σκυζᾷ canit, vnde gannit. iiſdem trãſlatiè gannat χλευάζει. Gannator χλευαστής.

*totæ familiæ.*] toti familiæ.

*dibalare.*] vidi balare. T. Dibalare eſt deb atterare, tractum à balatu pecorum

*hæc inquam rudet.*] vide hunc locum pleniorem apud Nonium.

*hinnilitabat.*] heylitabat vel militabat. V. eiulitabit. T.

*aperiant.*] aperta.

*volutare vlulantis.*] volutares vlulantes. S. volutares ſues, qui & colluuiares ſues in colluuie nutriti.

*mugitur.*] Acroteleuticon ex Sotadico carmine. adde huic loco Plinium, vbi de Tauris.

*clamor ad cœlum.*] ad cœlum clamor. A. clamor it ad cœlum. S.

*voluenda per æthera vagit.*] volitátque per æthera vagor. S.

*& à frundice, frunde frutini ſuauiter.*] & à ſueta frũdice, M S. T. eſueta frendice, frunde frutini ſuauiter. V. Eius ab hirundine. Hirũdo fritinnit ſuauiter. T. (vnde Varro Virgula diuina, & pullos peperit fritinnientes. Alij tamen cicadam fritinnire dicunt: hirundinem thrinſare.) eiuſdem ab hirũdine: nefronde fritini ſuauiter. S. Nefrendus puer, vt ſenex, qui dentibus frendere, ideſt frangere non poteſt. vnde freſſa faba, frendere fruges: nefrendes, porculi. vide Notas in Feſtum.

*M. Actius.*] Matius. V.

*Plautus.*] Caſina. act. 2. ſcena. 2.

*ſues auoluerat, &c.*] vt res voluerat, ita tradidi: qua in re neque in iudicium Æſopi nec Theatri iniectus ſum. T. quaſi diceret, Æſopus Tragœdus, & alij, has verborum deriuationes mihi non darent. Scaliger ita emendat, à ſue ſuboluerat, ita rudebat vel grundibat. tametſi rudere etiam ſuum, vel leonum.

*Ita trude neque in re neque in iudicium Aeſopi neque Theatrales in Colace.*] paulo antè huius loci emendationem attuli ex Turnebo. Scaliger verò ita, In Colace neq; in rem, neque in iudicium Æſopi, neque theatri des nexũ.

*in Colace.*] Attilij in Colace. T.

*Manilius.* Mamilius. T. ita apud Ciceronẽ, 3. de oratore, & Varronem de re ruſtica.

*in quo ſint mancipi.*] in quo ſunt mancipia. T.

*præterquã quæ mancipio dentur.*] præterquã quod mancipio detur. V. T. pręterquã ſi mãcipio dentur. Vert. Hũc locũ ita interpretor.

Varro duas Iuriſconſultorũ ſententias proprofert Manlij vnam. Scæuolæ, alteram. Ille, Nexum putabat dici id omne quod per æs & libram gerebatur: & in eo quæ erant mancipi, contineri: ſed & eos actus quibus dominia transferuntur. Contrà, Mutius Scæuola, Nexum quidem id dicebat eſſe cui æs & libra interponebatur ad obligandum aliquem, at non, vt quid mancipio daretur: id eſt vt dominium transferretur. Varro, quaſi iudex aut arbiter honorarius, Mucij Scæuolę ſententiam præfert ac tuetur. Hoc, inquit, verius eſſe, ipſum verbum Nexus oſtendit, vt id quod per libram obligatur neque ſuum fit: id eſt quod non fit accipientis Nexum appelletur. proinde quę de mancipio ac mancipiis Turnebus hic commentus eſt, nihil ad rem. prodeſt autem noſtra interpretatio ad multos iuris noſtri articulos intelligendos.

*neque ſuum ſit.*] neque ſuum fit. V. ſuum, id eſt accipientis.

*debeat, dum ſolueret, &c.*] debeat, dat dum ſolueret. V.

*Popilio*] Poetelio Viſolo. V. Popilio auctore.

*Bonam copiam eiurarent.*] bonam copiam eiurarent. V. Bonam copiam iurare dicebatur debitor qui ſui copiam ac ſuarum operarum copiam facturum creditori ſuo iurabat: aliis verò, eſt iurare ſibi bona eſſe, ex quibus creditori poſſit fieri ſatis, ſeque ſoluendo eſſe. Eiurare verò bonam copiam dicebantur qui iurabant ſibi non eſſe vnde creditori ſatisfacerent, id enim eiurare Feſto. ij corpore non ſeruiebant. & hoc quidem ex fonte veteris ritus, beneficium ceſſionis bonorum originem habet. de quo ſcripſi ad Titulum Pandectarum de ceſſione bonorum, & ad Nouell. 135. Ne quis bonis cedere cogatur.

*ne eſſent nexi.*] ne eſſent vincti. T.

*in Caſina.*] act. 2. ſcen. 2.

*deliquium.*] delicuum. T. & ita Gloſſæ deliquum. Feſt. deliquom eſt, apud Plaut.

*auctorem Cæcilium.*] Accilium. Vide Attilium. S.

*liquitur.*] τὸ liquitur dixit vetere declinatu. Varro 3. rerũ diuinar. voluptate liqueſcimur.

*Heſiona.*] Heſiona.

*enimuero gladÿ lingula à lingua.*] verum lingula à gladij lingua. Vertr. v. Feſtum.

*gladÿ lingua à lingua.*] vide 10. Gell. 25. adde Feſtum in lingula.

*vitulantes.*] id παιανίζειν Græcis.

*à vitula.*] dea lętitiæ. Macrob.

*in Duloreſte.*] in Dolo. V. in Dolone. in Obolo vel oboloſtate. S. hanc enim Comœdiã vocauit Fœneratorem.

Colvmna 59.

*in Demetrio.*] Turpilij, non Ennij: ea verſa eſt ex Alexide.

*perſibus aperite.*] perſicus à Vertr. ex Feſto. perſibe S. à ſimplici ſibus quod eſt acutus. vide Feſtum in Perſicus & Sibus.

*in Lampadione.*] in lampade. S. citatur enim Alexis & Antiphanes ab Athenęo ἐν λαμπάδι.

*Protinam.*] vide Nonium.

*Agidone.*] Agone. S. citatur enim apud Athenęum Alexis ἐν ἀγῶνι. vel Aedone. ea eſt fabula Liuij Andronici apud Priſcianum. niſi legas Aegeone, qualis ſcripta eſt ab Euripide.

*Caudacus.*] gaudacus. T. verbum à gaudeo dictum. M. Scal. Clucidatus vel Glucidatus παρὰ τὸ γλυκύ. vide Feſtum. Quin & Gloſſis gloditatus ἡδύς.

*Proebia.*] Proebia. S. vt Inebra ſuperius, ex Feſto.

*à præbendo.*] à prohibendo. ita Feſtus.

*vt ſit tutum.*] vt ſit locum. V. vt ſit totum. M S. vſitatum. S.

*in Therimo.*] in Technico. V. fortè eſt Cæcilij hic locus qui citatur in Fallaci.

*confictitant.*] conficiant. V. conficant, vel cõfigant M S. confictant. T. conuitant. S.

*à confictio.*] à confictu. T. à conuito. S.

*Tarentilla Pacuuÿ.*] eſt enim alia Næuij. v. Feſtum in Adnutat.

*Tunicularia.*] Trucularia. V. Auricularia. T.

*reſarrire.*] reſerare. V. ſarrare. M S. ſatum. M S.

*ab ſerra.*] abſerare.

*producendum*] procudendum. V. protendendum. M S.

Colvmna 60.

*diſciplina originis verborum.*) id eſt Etymologicè.

*& in illis ſit.*] & vtilis ſit.

*vtilia.*] vt illa.

*ſoluta oratione.*] de ſoluta oratione.

Finis libri VI.

---

## NOTÆ IN LIBRVM *Septimum Varronis de lingua Latina.*

*eius prima pars.*] cuius.

*cognatio.*] agnatio.

Colvmna 61.

*agnationes.*] cognationes.

*deſcendendo.*] diſcendo.

*conſeruorum omnis.*] conſeruorũ nomina, omnis.

*cauſſam quare & tum.*] cauſſa inquam cur eas ab

eas ab impoſitis nominibus declinarint, quam offendi.

COLVMNA 62.

*& in heis rebus*]ea in.

*ac his iungitur*] atque his. A. τὸ a, deeſt Faerno.

*cùm ſicut &c.*]locus mendoſus A. tum ſicut ex hac ſyllaba vnum. Vertr.

*& maneat*]remaneat.

*declinatus*]declinandus. V.

*quædam priora, quædam poſteriora*] ita quoque Ariſtoteles.

*ab equo*] equito. ab equo, equile. Vertr. ab equo equito. V.

*ager propter eorum quam dicunt &c.*]propter eorum qui dicuntur Vertr. ager eorum propter quæ dicuntur M S. locus mendoſus videtur A. Auguſtino. propter eorũ qui dicunt vſum ſunt declinati caſus. Vertr.

COLVMNA 63.

*& alia vrgent*] & alia vigent M S. cùm alia vis viget. M S.

*ab eo qui vendit: Artemidorus*] quid vendit Artemidorus.

*Ionia, Ionam*]Ionem.

*quod non*]quæ non.

*Artemidori*]Artemæ.

*Ionæ*]Ionis.

COLVMNA. 64.

*de quibus quæ experiero es*] de quibus quæ experierint. V. de quibus quæ ex prioribus, tum de alteris totidem ſcribere, ac S.

*quæ petimus, quod*] quæ petimus: quippe quo A. quum petimus. Vertr.

*quod is vtilitatis*]quam vtilitatis. V.

*quærere*]quærimus.

*quod non videmus*] quid non videmus. V. quid? non videmus. S.

*περίστυλον*]περιστύλιον. A περιστυλίῳ ſimilitudinem M S. Vertran. periſtylij ſimilitudinem, Scal.

*& cubiculum ad æquale*] & cubiculum ædiculæ. S.

COLVMNA 65. & 66.

*ſi ex diuerſis*]ſic ex diuerſis. A.

*à luo*]ab luo. A.

*liberalia & muliebria*]virilia.

*ſequi debeamus*]ſequi non debeamus. Vertran.

*vnus albus, alter Aethiops*] vnus Gallus, alter Æthiops.

*expectari*]ſpectari. A.

*Menæchmos*]Menechemos. M.

*num diſtrepent*]num diſcrepent. A.

COLVMNA 67.

*quæ infrà ſunt*]quod infra ſunt. A.

*ſeruanda*]ſecanda. V.

*vt quiſque*]vt quis quæ. A.

*effinitum*]finitum. A. Vertr.

*his dictis*]his diſcretis.

*quis, quem, cuius*] quis, quem, quoius. V.

*quæ quam*] qua, quam.

*cuius*]quo ius. V.

*cui*]quoi. V.

*quæ*]quai.

COLVMNA 68.

*ſic eeis mulieribus*[ſic ea, eis mulieribus. A.

*nominandi*] denominandi. Scal. intelligit enim quæ πατρωνυμικῶς dicta ſunt.

*ſeruare videbis*]ſeruari videbis.

*ſediculum non eſt*]imò eſt. vide Feſtum.

*à Roma Parmenſes &c.*] à Roma Romenſes, &c. & Albenſes & Parmenſes. Vert.

COLVMNA 69.

*fingi præterito*]fungi.

*Sic amabor, legor*] ſic amor, legor, & eiuſmodi verbis eſt vocabulum. A. non eſt vocabulum.

*legor*]legar. V.

*fit*]ſit.

*amatus eram*]amaturus eram.

*quod cum his*]quid cum his V.

*æs, ærarias, non ærelauinas*]æs ærelauinas, nec ærarias. Vertr.

*inſulſum*] inſalſum. A. non inſalſum. Vertran.

COLVMNA 70.

*ab alaca, alacus*] à lauda alaudus. V. ab alauda alaudas. S.

*In quod*]id quod.

*Patrico caſu*]patrio caſu. V.

*Patricus*]Patrius. V.

*ſurus*]ſciurus. A.

*ſuro*]ſciuro. A.

*ſure*]ſciure. A.

*cùm è breui melicerte*] Hoc vix fieri poteſt, quis enim videt τὸ ε breue?

*quidquid*]queque. A.

*in vocando*]inuocandei. A.

COLVMNA 71.

*quibus das*]quibuſdam.

*ſed queis das*]ſed queiſdam. A.

*non hibus & hibuſcum dicatur*] cum non ibus, hibuſcum dicatur. Vertr.

*vt optimum &c.*] vt optum, optius, optimum, aliàs, & Vertr.

*deſit, vt melius*] deſit vt in hoc melum, melius, meliſſimum. Vertr.

*triſyllaba fierent*] locus mendoſus. A. quadriſyllaba fierent. Vertran. Ego ita lego, neque alia triſyllaba fierent alia quadriſyllaba. Verbi gratia, Macer & tener diſſyllaba: & tamen macer facit macrior, triſyllabum: tener, tenerior, quadriſyllabum.

COLVMNA 72.

*in mediis non ſunt*] in aliis media non ſunt. A. Vertran.

*vt nominant à libertinis orti publici ſerui*] vt nominentur libertini olim publici ſerui Romani. Vert.

*antequam ſub magiſtratibus vt*] antequam fuerint, magiſtratibus, qui eos liberarunt, dare cœperunt. Hinc

COLVMNA 73.

*Læſas*] læ̃nas.

## NOTÆ IN LIBRVM *Octauum Varronis de lingua Latina.*

COLVMNA 75.

*Crates &c.*] Grammaticus illuſtris ἀνωμαλίας defenſor: vt Ariſtarchus ἀναλογίας. vid Gellium 11. cap. 25. De Cratete plura apud Suetonium in libro de claris Grammaticis.

*idque eſt virtus*] locus mendoſus. A.

*an vſus*] an nullius. V. vnius A. Vertran.

*Ego populi conſuetudinis non ſum dominus, at ille meæ eſt*] ita lego, Ego populi conſuetudinis non ſum dominus, vt ille meæ eſt.

COLVMNA 76.

*aliter, ac*] aliter atque in A.

*cur non modò videatur*] cur non modò non, ita lego.

*quibus rebus*] ex quibus rebus.

*quod qui in loquendo &c.*] quod in loquendo conſuetudinem, qua oportet vti, ſequantur, non ſine ratione, ita lego.

*quod ſit*] quod non ſit. A. Vertr.

*ſerperaſtra*] κεμπισγμα.

COLVMNA 77.

*qui amiſſa modò quærant*] locus mendoſus. A. qui amiſſa non modò quærant. Vertr.

COLVMNA 78.

*inducteis*] indoctis.

*diuiſum?*] diuiſum, S.

*parte?*] parte. S.

*non quantum polo*] non quantus polus. S.

*ab eo*] ἰσομεγεθῶ.

*rurſum ÿdem*] rurſum identidem aliis. Vertran.

COLVMNA 79.

*ſanè muræna*] An èmurena.

*non horam*] cùm horum. V.

*cùm omnes animæ hominum ſint diuiſæ in octonas partes*] ea diuiſio eſt Stoica, cui ſectæ Varro addictus. Octo illæ partes vtique ſunt quinque ſenſus σπερματικοὶ λόγοι, τὸ φωνητικὸν, τὸ λογιστικόν. vide Laertium.

*quadripartitam*] quadriplicatam.

*animaduertit*] animaduertat.

*lentibus nateis*] lentibus ſatis. A.

COLVMNA 80.

*Lana Gallicana*] id eſt Parmenſis. Martialis, Velleribus primas Appulia, Parma ſecundis Nobilis Altinum tertia laudat ouis.

COLVMNA 81.

*quod id, quod*] quod heic quod.

*proponimus*] præponimus.

*Vocis verbis figuras*] Vocis verbi figuras. Vertranius, Verbis vocis figuras. alij ita legunt.

COLVMNA 82.

*non diſsimilitudines*] nos diſſimilitudines A. Vertr.

*in hoc*] hunc.

COLVMNA 83

*ira caput*] illa capit. V. hic locus s. libro 4. relatus.

*apud Plautum*] Moſtellaria act. 1. ſcena 3.

*Pra Philolache*] Philolachete.

*ſurdum theatrũ*] κωφὸν θέατρον. Galen. ὅσει μυθῶδου, λόγῳ α.

*omnes tres*] omnes hæ res. A. omnes res vulgat.

*cubiculum ſurdis ad ſilentium non ad adi-*

*gunt*

*eum*] Locus mendoſus A. & Vertranio.

### Colvmna 84.

*cùm debuerunt eſſe ornati diſciplina*] cùm debuerunt antea. A.

### Colvmna 85.

*Vinum quod Chio, aliud quod Lesbo*] Helleniſmus οἶνος χιόθεν, οἶνος λεσβόθεν, apud Plautum, Hoſpes Zacintho.

*Idémque, item &c.*] locus mendoſus A.

*concedit.*] conſedit.

### Colvmna 86.

*quidam nominatus*] quædam nomina.

*rogat cur non dicas*] rogant cur dicas. V.

*vehant*] vehent. A.

### Colvmna 87.

*quod in nihil*] quod nihili A.

*quominus ſi ratio peruellere*] quominus ſi ea ratio V. quominus ſic ratio. V. ſi ratio. quominus, extrito, atque diſpuncto.

*ſic in vocabulis caſuum poſſunt item fieri*] hîc in vocabulis caſus poſſunt item fieri.

*quod nunquam apud poetas iuuenis factum*] id eſt quod deeſt in fabula, ſæpenumero expletur à grege.

*ſit anguſtis claueis, altera lateis*] duplex clauus, vnus anguſtus: alter latus. Erat autem clauus, plagula quæ ab humeris in pectus demittebatur, vt ἐπωμὶς Græcorum.

*Decuis*] decus.

### Colvmna 88.

*vt hoc gladium*] Varro de re ruſtica: Latet conditum gladium. adde Nonium.

*millia denaria*] millia denariûm V.

*dupondius fictus*] dupondius dictus.

### Colvmna 89.

*Sappho & Alcerus*] Sappho & Sapphus, vt Alceus.

*quod quiſque &c.*] quod quiſque caput pertenderit ſequi, debet eius conſequentias caſus in declinãdo facere: at non cùm dixerit recto caſu Alceris. S.

*& non ſecutus erat analogias*] deſunt.

*reprehendendum*] reprehendunt.

*dixiſſe lana*] dixi de lucerna.

*in nationes exprocreante*] natione exprocreãte. Vertr.

### Colvmna 90.

*Itaque differunt ac dicuntur*] diſcedunt, ac dicuntur.

### Colvmna 91.

*dicebatur eſum*] olim dicebat eſum. V.

*& iam hoc reprehendit*] ante etiam hoc reprehendit A.

*animaleis*] animanteis. V.

*cùm imperamus*] cur imperamus A.

*in præteritis V. dicimus longum*] Sic Ennius annuit ſeſe mecum decernere bello.

*ſacrificor & lauat*] ſacrifico res v.

*ſacrificat*] ſacrifico A.

*apud Plautum*] in Truculento, actu ſecundo, ſcen. I.

*adlauant*] lauant. A.

### Colvmna 92.

*noſſe ſimilia intelligunt*] non eſſe ſimilia intelliguntur. Vertr.

*vtrum in ſecunda*] locus mendoſus A. Vertr.

*nulla iniuria*] nulli iniuria. A.

*repudiant*] pugnant.

*nam quod*] natura.

### Colvmna 93.

*hæ murenæ*] heis murenæ A.

### Colvmna 94.

*ſic alÿs*] ſic alij. A.

---

## *NOTÆ IN LIBRVM Nonum Varronis de lingua Latina.*

*cuiuſque ſimile*] cuius eſt A.

*ſenior ſeni*] ſenis ſeni. A.

### Colvmna 95.

*ſi videatur eſſe vt dixi &c.*] videatur eſſe, vt dixi: neutrum eſt. A.

*Neſtocles Parmeniſius*] Mneſtocles Parmeniſius. S.

*minus erraret*] minus erraretur.

### Colvmna 96.

*nutat*] ægrotat.

*nomini*] nominatum. V.

*Purpurina*] ſpurina.

*quæ ſit ratio & propoſitio*] quæ ſit propoſitio.

### Colvmna 100.

*ſed item eſt*] ſed idem eſt V.

*Alÿ ab Ariſtarcho*] Phraſis Græca, καὶ ἄλλοι οἱ ἀπὸ τοῦ ἀριστάρχου.

### Colvmna 102.

*quattuor figuras*] quattuor figuræ.

*tamen eam*] tamen de ea.

*temperari*] reputari.

*de genere multi*] eo genere multi.

*Ennius ait*] in Andromacha.

*Hectoris natum &c.*] Hectoris natum de muro iactarier S.

### Colvmna 105.

*Vſuiſpecies*] vſus ſpecies. A.